

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**M. Tullius Cicero Mannvciorm Commentariis Illvstratvs  
antiquaeq. lectioni restitutus**

Continens Epistolas, ad T. Pomponium Atticum, M. Iunium Brutum,  
Quinctum fratrem

**Cicero, Marcus Tullius**

**Venetiiis, 1583**

In Epistolarvm M Tullii Ciceronis Ad Qvinctvm Fratrem. Librvm III. Pavlli  
Manvtii Commentarivs

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770415](#)



IN · EPISTOLARVM  
M . TVLLII . CICERONIS

A D

QVINCTVM · FRATREM

L I B R V M . III.

PAVLLI . MANVTII  
COMMENTARIUS



Marcus S. D. Quincto Fratri. 1.

Go ex magnis caloribus (non enim meminimus maiores) in Arpinati summa cū amoenitate fluminis me refeci ludorum diebus; Philatomo tribulitus commendatis. In Arcano ad u. id. Sept. fui. ibi Mossidium cum Philoxeno, aquamq., quam iū ducebant non longe a villa; belle sane fluentem uidi, praeerium maxima siccitate: ubi remq. aliquanto se collecturos esse dicebant. Apud Herum recte erat. In Manliano offendit Diphilum Di-philo tardorem. sed tamen nihil ei restabat praeter balnearia, & ambulationem, & auarium. villa mihi ualde placuit: propterea quod summan dignitatem pūimentata porticus habebat: quod mihi denique apparuit, posita quam & ipsa tota pater, & columnae polita sunt. totum in eo est, quod mihi erit curae, teborū ut continuum sit. pūimenta recte fieri uidebantur. cameras quasdam non probauit, mutariq. iussit. Quo loco in porticu, re scribere auiunt, ut atrium sit; mihi, ut est, magis placebat. neque enim satis loci esse uidebatur atrio; neque fere solet, nisi in ijs aedificijs fieri, in quibus est atrium maius; nec habere poterat adiuncta cubicula, & eiusmodi membra. nunc hoc uel honestate testudinis, uel ualde boni aestiuum locum obtinebit. tamen, si aliter sentis, rescribe quamprimum. In balnearijs affa in alterum apodyterij angulum promoui: propterea quod ita erant posita, ut eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, esset sub tecum cubiculi. subgrā de cubiculum autem, & hibernum altum ualde proba-

ui; quod ampla erant, & loco posita, ambulationis uolatere, eo quod est proximum balnarijs. Columnas neque e regione Diphilus collocarat. eas scilicet demolit, aliquando perpendiculari, & linea discet uti, omnino spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore: curat enim diligentissime Caesius, qui tum mecum fuit. Ex eo loco recta, vittularia via, profecti sumus in Fufidianum fundum, quem tibi proximis nuncis. & pini de Fufidio HS CCC 1000. emeramus. ego cum aestate umbrosorem uidi numquam pernulit locis aquam profluentem, & can uberem, quid queris iugera & prati. Caesius irrigaturum facile te arbitratur. equi dem hoc, quod melius intelligo, affirmo, minifica suauitate te villam habiturum, pīcina, & salientibus additis, palaestra, & silua uiridicata. Fundus audio te hunc Bouillianum uelle retinere. de eo quid uideatur, ipse constitues. Caesius aiebat, aqua dempta, & eius aquae iure constituto, & seruitute fundo illi impo-sita, tamen nos pretium seruare posse, si uendere uellimus. scripsisse Messidium mecum habui. is se ternis numeris in pedem tecum transigisse dicebat: se autem mensum pedibus aiebat passuum CCC. mihi plus uisum est. sed praestabo, sumpum nusquam melius posse ponni. Chilonem arcesseram Venafro, sed eo ipso die quartuor eius conseruos, & discipulos Venafri cuniculus oppreserat. Idibus Sept. in Laterio fui: uiam perfixa: quae mihi ita placuit, ut opus publicum uideretur esse, praeter cl. passus. sum enim ipse mensus ab eo porticulo, qui est ad Furinæ Satricum uersus. eo loco puluis, non glarea inicta est, & mutabitur: & ea viae pars ualde acclivis est, sed intellecti aliter duci non potuit, praeser-

praeferim cum tu neque per Locustae , neque Varro-  
 nis uelles ducere . Vclues ante suum fundum prope  
 \* munierat: Locusta nō attigerat: quem ego Romae aggre-  
 diar, & ue arbitror commouebo: & simul M. Taurū,  
 quem tibi audio promisso, qui nunc Romae erat , de  
 aqua per fundum eius ducenda rogabo . Nicephorum  
 uillicum tuum sane probauit: quae si uiq. ex eo, ecquid ei  
 de illa aedificazincola Larerij, de qua mecum locutus  
 es, mandauis, tum is mibi respōdit, se ipsum eius ope-  
 ri HS xoo conductorem stiaſſes; sed te postea multa ad  
 didiſſe ad opus, nihil ad pretium, itaque id se omisſe:  
 mibi hercule ualde placet, te illa, ut confiuebas, adde-  
 re, quamquam ea nulla, quae nunc eſt, tamquam philo-  
 sophia uidetur eſſe, quae obiurget ceterarum uillarum  
 infaniam. ueruntamen illud additum delebit, topia  
 rum laudanizit omnia cōuerſit bedera, qua basim uil-  
 lae, qua intercolumnia ambulationis; ut denique illi pal-  
 liati topiariam facere uideantur, & bederam uendere.  
 iam & rōd ut npl. nihil alius, nihil muſicos. Habes se-  
 re de rebus rusticis. Urbancam expositiōnem urget il-  
 le quidem & Philotimus, & Cincius, sed etiam ipſe  
 crebro interuiso; quod eſt facile ſallu. quamobrem ea te  
 cura liberatum uolo. De Cicerone, quod me ſemper ro-  
 gas, ignoſco equidem tibi; ſed tu quoque mihi uelim  
 ignoſcas. non enim concedo tibi, plus ut illum ames, quā  
 ipſe amo. atque utinam hiſ diebus in Arpinati, quod  
 & ipſe cupierat, & ego non minus, metu fuīſſet. quod  
 ad Pomponiam, ſi tibi uidetur, ſcribas uelim; cum ali-  
 quo exibimus, eat nobis cum, puerumq. ducat. clamores  
 efficiam ſi eum mecum habuero oīuſum: nam Romae  
 respirandi non eſt locus. id me ſcis antea gratis tibi eſſe  
 polliciūm: quid nunc putas, ſanta ab te mihi merce  
 de proposita? Venio nunc ad tuas litteras quas pluri-  
 bus epiftolis accepi, dum ſum in Arpinati: nam mihi  
 uno die tres ſunt redditar, & quidem, ut uidebantur,  
 eodem ab te datae tempore: una pluribus uerbis, in  
 qua primum erat, quod antiquior dies in tuis fuīſſet ad  
 ſcripta litteris, quam in Caſarīs. id facit Oppius non  
 numquam neceſſario, ut cum tabellarios coſtituerit mit-  
 tere, litteras q. a nobis accepit, aliquare noua impe-  
 diatur, & neceſſario ſerius, quam conſtituerat, mittat,  
 neque nos, datis iam epiftolis, idem committari cure-  
 mus. ſcribis de Caſarī ſummo in nos amore, hunc &  
 tu fonebis, & nos, quibuscumque poterimus rebus, au-  
 gebimus. De Pompeio, & facio diligenter, & facia,  
 quod mones. Quod tibi mea permifio mansioſis tuae  
 grata eſt; id ego, ſummo meo dolore, & deſiderio, tameſ  
 ex parte gaudeo. In hippodamis, & non nullis alijs ar-  
 ceſſendis quid cogites, non intelligo. nemo iſtorum eſt,  
 quin ab te munus, fundi ſuburbani inſtar exſpectet.  
 Trebatium uero meum quod iſto admifſcas, nihil eſt.  
 ego illum ad Caſarem miſi; qui mihi iam ſatisfecit: ſi  
 ipſi minus, praeflare nihil debco; teq. item ab eo uindi-  
 co, & libero. Quod ſcribis te a Caſare quotidie plus di-  
 ligi, immortaliter gaudeo. Balbum uero, qui eſt iſtius  
 rei, quemadmodum ſcribi, adiutor, in oculis ſero. Tre-  
 bonium meum a te amari, teq. ab illo, pergaudeo. De tri-  
 bunatu quod ſcribis, ego uero nominatim petui Curtio,  
 & mihi ipſe Caſar nominatim Curtio paratum eſſe  
 reſcripsit; neamq. in rogando uercundiam obiurgauit.  
 ſi cui praeterea petiero, id quod etiam Oppio dixi,  
 & ad illum ſcriberets; facile patiar mihi negari; quoniam  
 illi, qui moleſti ſunt, ſibi negari a me non facile patiun-  
 tur. ego Curtio, id quod ipſi dixi, non modo roga-  
 tione, ſed etiam teſtimonio tuo diligo, quod litteris  
 tuis ſtudium illius in ſalutem noſtrām facile perſpexi.  
 De Britanicis rebus, cognoui ex tuis litteris nihil eſſe,  
 nec quod metuamus, ne quod gaudeamus. De publicis  
 negotijs, quae uis ad te Tirom ſcribere, negligentius  
 ad te ante ſcribebam, quod omnia minima maxima ad  
 Caſarem mitti ſciebam. Reſcripsi epiftole maxime:  
 audi nunc de minuscula. in qua primum eſt de Clodij  
 ad Caſarem litteris: in quo Caſaris conſilium probo,  
 quod tibi, amantissime petenti, ueniam non dedit, uii  
 illum ad illam furiam uerbūm reſcriberet. Alterum  
 eſt de Caluenti Marij oratione. quod ſcribis, miror, tibi  
 placere me ad eum reſcribere, praefertim cum illum  
 pueri omnes, tamquam dictata, perdiſcat. Libros meos,  
 quos ex pteſtas, inchoauit, ſed confidere non poſſum hiſ  
 diebus. Orationes eſflagitat as pro Scauro, pro Plan-  
 cio abſolui. Poema ad Caſarem, quod componueram,  
 incidi. Tibi quod rogas, quoniam ipſi fontes iam ſituant,  
 ſi quid habebo ſpaty, ſcribam. Venio ad tertiam. Bal-  
 bum quod aīſ mature Romam bene comitatūm eſſe  
 uenturum, mecumq. aſſidue uisque ad id. Mci. futurum,  
 id mihi pergratum, perq. incundum erit. Quod me in  
 eadem epiftola, ſicut ſaepē antea, cohortaris ad ambi-  
 tionem, & ad laborem: faciam equidem. ſed quando  
 uiuemus? Quarta epiftola mihi redditā eſt idib. Sept.  
 quam ad iV. iduſ Sext. ex Britannia dederas. in ea ni-  
 bil ſane erat noui, praeter Erigonam: quam ſi ab Oppio  
 accepero, ſcribam ad te quid ſentiam: nec dubito, quin  
 mihi placitura ſit. Et, quod praeterij de eo, que ſcripſi  
 ſi de Milonis plauſu ſcripſiſſe ad Caſarem exiſtima-  
 re, illum quam maximum ſuiſſe plauſum. & proſuſ  
 ita fuīſſe: & tamen ille plauſus, qui illi datur, quodan-  
 modo nobis uidetur dari. Reddita eſt etiam mihi perue-  
 tuis epiftola, ſed ſero allata, in qua de aede Telluris, &  
 de portici Catuli me admones. fit utrumque diligen-  
 ter. ad Telluris quidem etiam tuam ſtatua locauit.  
 Item de hortis, quod me admones; nec ſui umquam na-  
 de cupidus, & nunc domus ſuppedit mihi hortorum  
 amoenitatem. Romam cum uenifsem ad xiii. Kal. Oct.  
 abſolutum offendī in aedibus tuis teclum; quod ſuper  
 conclauia non placuerat tibi eſſe mulvorum faſſigiorū;  
 id nunc honeſte uergit in teclum inferioris porticus. Ci-  
 cero noſter, dum ego abſum, non ceſſauit apud rheto-  
 rem, de eius eruditione quod labores, nihil eſt: quoniam  
 ingenium eius noſtiſt; ſtudium ego uideo; cetera eius, ſu-  
 ſcipio, ut me putem praeflare debere. Gabinium tres  
 adhuc factio[n]es poſtulant, L. Lentulus, flaminis filius,  
 qui iam de maiestate poſtulauit; Ti. Nero, cum bonis  
 ſubſcriptoribus; C. Memmius trib. pl. cum L. Capitene.  
 ad urbem accedit ad xi. Kal. Oct. nihil turpius, nec de-  
 ſertiſſus. ſed his iudicijs nihil audeo confidere. quod  
 Caro non uolebat, adhuc de principijs repetundis non  
 erat poſtulatus. Pompeius a me ualde contendit de  
 reditu in gratiam; ſed adhuc nihil proſecit; nec, ſi ullam  
 partem libertatis tenebo, proſecit. Tuas litteras uehe-  
 menter exſpecto. Quod ſcribis, te audire, in candida-  
 torum conſularium coitione me interfuīſſe; id falſum  
 eſt, eiusmodi enim factio[n]es in ea coitione factae,  
 quas poſtea Memmius patefecit, ut nemo bonus inte-  
 reſſe debuerit: & ſimil mihi committendum non fuīſſe,  
 uis coitionibus intereſſem, quibus Meſſalla excludere  
 tur: cui quidem uehementer ſatisfacio rebus omnibus;

ut arbitror, etiam Memmio. Domitio ipsi multa iam feci, quae uoluit, quaeque a me petiuit. Seaurum beneficio defensionis ualde obligauit. adhuc erat ualde incertum, & quando comitia, & qui consules futuri essent. Cum hanc iam epistolam complicare, tabellariorum a nobis uenerunt ad xi. kal. Sept. uicesimo die. O me sollicitum, quantum ego dolui in Caesaris suauissimis litteris: sed, quo erant suauiores, eo maiorem doarem illius ille causus afferebat. Sed ad tuas uenio litteras, primum tuam remationem etiam atque etiam probo: praesertim cum, ut scribis, cum Caesare communicaris. Oppium miror quidquam cum Publio: mihi enim non placuerat. Quod interiore epistola scribis, me idibus Sept. Pompeio legatum iri, id ego non audiui; scriptisq. ad Caesarem, Vibiliu[m] Caesaris mandata de mea mansione ad Pompeium pertulisse, nec ad Oppium. quo consilio? quamquam Oppium ego tenui: quod priores partes Bibuli erant. cum eo enim coram Caesar egerat, ad Oppium scriperat. Ego uero nullas & dilectas propriae habere possum in Caesaris rebus. ille mihi secundum te, & liberos nostros ita est, ut sit paene par. uideor id iudicio facere: iam enim debeo: sed tamen amore sum incensus. Cum scriptissim haec infima, quae sunt mea manu, uenit ad nos. Cicero tuus ad cenam, cum Pomponia foras ceneret, dedita, mihi epistolam legendam tuam, quam paulo ante accepserat ab Aristophane modo, ualde mercule & suauem, & grauem; qua sum admodum delectatus. dedit etiam alteram illam mihi, qua iubes cum mihi esse affixum, tamquam magistro. quam illum epistolae illae declarunt? quam me nibil puer illo suauius, nibil nostri amantius. Haec inter uenam Tironi dilectani: ne mirere alia manu esse. Annali litterae tuae pergratae fuerunt, quod & curares de se diligenter, & tamē consilio se uerissimo inuares. P. Seruilius pater ex litteris, quas sibi a Caesare missas esse dicebat, significat, ualde te sibi gratias fecisse, quod de sua uoluntate erga Caesaris humanissime diligentissime locutus es. Cu[m] Romanum ex Arpinati reuertissem, dictum mihi est bipodatum ad te profectum esse. non possum scribere, me miratum esse, illum tam inhumaniter fecisse, ut sine meis litteris ad te proficeretur: illud scribo, mihi

molestem suisse: iam enim diu cogitaueram, ex eo, quod ad te diligentius perserri uellem, illi darem: quod mercurie hinc litteris, quas uulgo ad te mitti, nihil scribo, quod si in alicuius manus inciderit, molestie ferendum sit. Minuciome, & Salvio, & Labeoni reseruabā, Labeo autem tarde proficietur, aut hic manebit. Hippodamus ne num quidem quid uellem rogauit. T. Pinarius anabiles ad me de te litteras mitit, se maxime litteris, sermonibus, cenni denique tuis delectari. homo semper me delectauit: fraterq. eius mecum est multum. quare, ut instituisti, complectere adolescentem. Quod multis dies epistolam in manibus habui proper commemorationem tabellariorum; ideo multa coniecta sunt, aliud alio tempore, uelut hoc. T. Anicetus mibi saepe iam dixit, se tibi suburbanum, si quod inuenisset, non dubitatur me esse enere. in eius sermone ego utrumque sole admirari; & te de suburbano emendo, cum ad illum scribas, non modo ad me non scribere, sed etiam aliam in sententiam scriberes: cum ad illum scribas, nihil te recordari de se, de epistolis illis, quas in Tusculano eius mibi ostendisti, nihil de praecceptis Epicarmi, γνῶθι, πάντας ἀλλαχείρωτα. totum denique uultum, animum, sermonem eius, quemadmodum concilio, quasi. sed haec tu uideris. de suburbano, cura, in sciam, quid uelis: & simul, ne quid ille turbet, uide. Quid praeterea? quid? etiam. Cabinium ad iv. kal. Oct. nocte in urbem introiuit. & hodie hora octana, cu[m] edicto. Alfij de maiestate cum adesse oporteret, concursu magno, & odio uniuersi populi paene afflictus est. nihil illo turpius. proximus est tamen Piso, itaque misericordum εὐελπίον cogito in secundum meorum librorum inducere, dicentem Apollinem in consilio deorum, qualis radius duorum imperatorum futurus esset, quorum alter exercitus perdidisset, alter uendidisset. Ex Britannia Caesar ad me kal. Sept. dedit litteras, quas ego accepi ad iv. Kal. Oct. satis commodas de Britannis rebus: quibus, ne admirer, quod a te nullas accepimus, scribit, se sine te suisse, cum ad mare accesserit. ad eas ego litteras nihil scripsi, ne gratulandi quidem causa, propter eius luctum. Te oro etiam atque etiam, mihi frater, ut ualeas.

## EXPLANATIO

L. Domitio Ahenobarbo,  
Ap. Claudio Pulchro,  
COS.



MOENITATE fluminis 3 de Fibreno flumine intelligit: quo nihil amoenius, nihil frigidius: ut in libro 11. de legibus. REFEKI 3 recreauit, collegi, caloribus debilitatum, atque afflictum, LVDORVM 3 Romanorum: qui pridie nonas Sept. commissi, per non uem continuos dies in Palatio, ante Matris magnae templum ab aedilibus cur, fiebat: rursumque, biduo intermissi, per quinque dies in circo, hoc & Kalendarium uetus Romanum, & alia ueterum monumenta declarant. TRIBVLIVS commendatis 3 ut eis meo nomine ad spectandos ludos locum daret. moris enim erat, ut amicis & tribulis & in circo & in foro locus ad spectandum daretur. ad Atticum epist. 1. lib. 2. & pro Murena. Tribules autem intellige non eos tantum, qui Romae domicilium haberent, uerum & municipes, & si qui praeterea ciues in Italia habitarent: quos interdum ad urbem uenisse ludorum spectandorum cauilla, simile ueri est. ARCANO 3 Quincti praedio: de quo epist. 3. & 9. MESSIDIVM cum Philoxeno 3 redemptores erant aquae deducendae, quod in hac ipsa epistola, infra, uidetur posse conjici. HERVM 3 uelicum in Arcano, ut Nicephorum in Laterio, quem infra nominat. MANLIANO 3 fundo, in quo uilem

lam Diphilus architectus aedificabat Quinto. Nec dubito, quin & Manlianum, & Fusidianum, & Bouilianum praedia fuerint in Arcano, non ab Arcano sciuncta. nam in epistola huius lib. 111. cum argumentum huius epistolae breuiter attingit, Arcanum, & Laterium dumtaxat nominat, omissis Maniano, Fusidiano, Bouiliano, quasi Arcano comprehensis. DIPHILO § se ipso: erat enim natura tardus. Diphilus, inquit, se ipsum tarditate superauit. AVIARIVM § locum in villa, ubi aues alerentur, aliae oblectationis, aliae cibi causa. PAVIMENTATA porticus § pulcherrimo strata pavimento. erant autem apud ueteres & ex marmore magnifica in primis paumenta, & ex emblemate uermiculato, hoc est ex opere tessellato: cuiusmodi nonnulla hodieq. ui suntur in templis, adspexit perquam iucunda. TOTA pater § quod antea, dum aedificaretur instrumentis fabrilibus impedita, tota non pateret. COLVMNAE § circa porticum: quae rudes, & impolitae dum erant, speciem, aut dignitatem habore nullam poterant. TOTVM in eo est § tanti est, ut in eo sint omnia, sic locuus est ad Att. lib. v. epist. 20. CONTINVVM § ne incultatio rimas agat, ne uitium faciat. EIVSMODI membra § quae atriolum nisi habeat quasi membra corpori adiuncta, non belle positum uidebitur. VEL honestate testudinis § ego mehercule huic loco, tamquam ulceri corrupto, manus admouere uix audeo: indicabo tamen, quae potuerit sententia Ciceronis esse: quo diligentius attendatur, si quid, quod ad eam uideatur accedere, in antiquis libris aliquando reperiatur, una enim me litterula, in magna perturbatione errantem, saepe ad correctionem, quasi via demonstrata, perduxit. hoc igitur fortasse Cicero sensit. Nunc hoc uel, in aestate, testudinis, uel, hieme, aestiuum locum obtinebit. ut hoc dicat. Verum (nam saepe, Nunc, pro uerum, Cicero usurpat: quod item Graeci faciunt) hoc, id est, quo modo potius nunc est, in aestate loco testudinis erit; hieme uero, quod habent aestiuua loca, id obtinebit. optamus autem in aestate algorem, hieme temorem, & algorem querentes, fornicatis cameris, quae uocantur testudines, libenter utimur: quod aestate fit. temorem uero quia non habent nisi, quae sol aduersus diu spectat, loca, ea nos per hiemem tenent. porticus igitur, ut est nunc, id habebit commodi, quod in aestate testudines, hieme aestiuua loca. ASSA § uidentur hic illa pro hypocastro, qui locus in balnearijs ad sudandum fuit, usurpari. APODITERII § ubi uestes iniuri balnea deponebant. Στον Στονεύ. SVB tecum cubiculi § Antiqui libri, quos uiderim, Subiectum cubiculi. placeret, Subiectum cubiculis. inferior. n. eorum cubiculorum, quae erant in villa Quincti, contignatio uapore petebatur: quod incendij caussam præbere potuit. HIBERNVM § aedificantur in amplis aedibus quædam ad aestiuua anni tempora, quædam ad hiberna. PROBAVI § sicuti tu fieri mandaras. PERPENDICULO, & linea § perpendiculari, ut rectas; linea, ut e regione collocet. e regione autem columnæ sunt, cum altera alteri ex aduerso responderet. CAESIVS § uillicus Quincti, aut certe procurator. PROXIMIS nuncijs § quem tibi a me emptum, proximis nuncijs significaueram. HS CCCICCCOO § tria millia (ut ad nostratis pecuniae rationem numeremus) aureorum scutatorum. Sed illa nota, oo, uidetur abundare, cum afflum centum millia sic scribantur, CCCICCCO. QVOD melius intelligo § nam de irrigatione, qui huius generis non intelligens magnopere sim, haud ita affirmari. SALIENTIBVS § aquis, quae sua sponte saliant: quam permultis locis aquam profluentem, & eam uberem, proxime appellauit; in ultima uero huius libri epistola Nilum, ut puto, a similitudine fluminis hinc inde in mare profluentis, nominauit. distinguunt autem salientes ab ijs, quae oriendo cadunt, non saliunt: ut planis in locis saliant, de praecipibus cadant. ADDITIS § ad suauitatem uillæ accedit ea, quam piscina, salientes, palæstra, silua conferunt. VIRIDICATA § nouum, & forte, in ijs quidem, qui exstant, ueterum libris, singulare uerbum. quasi, uirēte. qua ratione & Albico, Nigrico usurpantur. BOVILIANVM § non est a familia, ut Fusidianus, quem proxime nominauit, fundus, (nulla enim Romæ Bouilia familia) sed ab ignobili loco nomen ductum. Sunt, quibus placeat, Bouillianum, a Bouillis, ubi Clodius est interfectus: quos refelliit geographiae ratio. Bouillæ enim inter Ariciam, & Romanam, fundus autem hic in Arpinati fuit. AQVA dempta § excepta in uenditione fundi; ut, alienato fundo, aqua tamén iuris tui sit: quam ad irrogādos finitimos fundos illorum dominus locare posses. IURE constituto § dicit hoc; si ius aquae constituantur, hoc est, si ius aquae Quincto serueretur, seruitutem fundo impositum iri illius aquae, neque tamen fore, ut minoris, quam quanti cum aqua uendi fundus possit. quam igitur aquam Messidius per tuos fundos deducendam redemit; (hoc enim proxime dicit) eam nolo te cum fundo Bouiliiano alienare: sed, ius ei aquae suadeo constituas, hoc est in tuo iure retineas: ut ex duobus mancipijs, fundo, & aqua, unum emptoris fiat, alterum esse tuum perget; ius, inquit, fundi migret ad emptorem, ius aquae penes te remaneat. SERVITUTE fundo illi imposta § quia fundus aquae seruet, cum ea cogetur uti. unde enim irrigetur, aliunde non erit. ita, si fundum uendes, qui eius futurus dominus est, is tibi aliquid penderet, si fundo suo consultum uoleret. MESSIDIUM § redemptorem deducendae aquae: qui singulos in pedes aluei faciendi ternis nummis transfergerat. supra de Messidio dixit, quod hanc sententiam confirmet: Vberiore aquam se se collecturos dicebant. TERNIS nummis § festertijs. duodecim igitur assibus, hoc est marculis in pedem. nam festertius est duodecim trientes, hoc est asses quattuor: & quattuor festertijs denarius, hoc est asses xv i: & denarij septem in argenti uncia, drachmae autem octo: si Celso, & Plinio credimus, tanti enim Romæ fuisse denarios a secundo Plinio bello ad Plinij tempora, ipsius Plinij testimonio cognoscitur. cccc oo § absurdâ mensura, sunt enim passuum quadringenta millia. ita plus, quam dimidium Italæ lōgitudinis, occupasset haec aqua. malum igitur, ordine praepostero, oo cccc: ut sint mille quadringenti passus, hoc est pedum septem millia. quae summa ad dcccc scutatos aureos nostratis pecuniae perueniet. NVSQVAM melius, § quam

quam in aqua deducenda. DISCIPVLOS quos fabricandi & architectandi artem Chilo dicebat. LATRIO. Quincti fundo in Arpinati ad Att. ep. 7. l. 4. & 1. l. x. Ad Furinae templū. antiqua locutio, e Gracis fontibus deriuata. Furinalia dies festus eius deae, 11x. Kal. Sext. Varro, Festus, uetus Kalendarium. SATRICVM & oppidum in Latio. MVTABITVR & iniicitur glarea, sublato puluere. ACCLIVIS & quam ego malim planam fuisse. DVC & uiam. sic aquam deducere, supra. LOCUSTAE & fundum. Graeca locutio. VELINVS & Varro, nam de iisdem loquitur proxime nominatis. MUNTERAT & uiam. & hoc significat. cū tu id ius haberet, ut uiam ducere per Locustae, perq. Varronis fundum posses; neque tamen, quae tua fuit modestia, feceris: illi, ut quasi tibi gratiam referrent, eam viae partem, quae ante fundos eorum est, munire debuerunt: quod Varro propemodum effecit: Locusta non dum attigit. PROBAVI & satis officio suo facere mihi uifus est. CONDVCTOREM & villam habebat Quinctus in Laterio, frugaliter exstruetam, ad eam cum addere quandam aedificatiunculam decreuisset, uillicus conduxit opus illud HS xii, hoc est aureis scutatis ccc, sed cum multo plura, quam conueherat, adiungere Quinctus uellet, ad premium autem nihil; uillicus eam aedificatiunculam omisit. QVAE nunc est & admodum frugalis, & parca, ualde infra earum, quae nunc fiunt, insaniam. TOPIARIUM & opus ex hedera. BASIS & inferiore uilla partem, basis, n. quasi pes est ad sustentandum. INTERCOLVMNTIA & spatium inter columnas. PALLIATI marmorea hominum simulacra, secundum columnas utring. astantia. TOPIARIAM facere & qui topiarium faciunt, herbam, aut fruticē ad speciem aulaci, aut columnae, aut fontis, alterius ue rei conformat, palliati igitur hi, inter columnas constituti, topiarium facere, aut hederam, qua intercolumniū uestitur, uendere uidentur. ALSIVS & alsolum & alsiolum est subfrigidum, ab algo. MUSCOSIVS & non quia muscū habeat, sed quod aequē, at muscus in humidis locis, oblectet. EXPOLITIONEM & Iani paene prorsus aedi ficiauerat utriusque domum redemptores. expolito restabat, perfectio scilicet aedium urbanarū. expolitū, n. quod factum quidem est, non dum tamen plane perfectum. Infra, ep. 111. Expolitiones utriusq. nostrum sunt in manibus. PHILOTIMVS, & Cincius ille Marci, hic Quincti nomine. Philotimus, n. Tarentiae libertus, Cincius Attici procurator; cuius Pōponia soror, Quincti uxor erat. FACILE factus & quia domus utriusque cohaerebant, simulq. aedicabantur, patet supra, & infra. CICERONE & Quincti filio. IGNOSCO & quia non facis quod te decet, cum fratrem tui amantissimum tam saepe rogas: quasi mea tibi uoluntas, aut amor in dubium ueniat. IGNOSCAS & si dixeris, non plus illum a te amari, quam a me. ETAMORES & mirabilia. dictio de magnis rebus atque admirabilibus usurpata: ubi clamores excitantur. ad Atticum l. 1. ep. 12. OTIOSVM & refertur ad utriusque otium. otiosum igitur, ut posset me per otium audire: quod in urbe non potest, propter ineam occupationē. TANTA mercede & qua? quam diuinare, cū epistola Quincti non exstet, nemo potest. mercedem tamen non pecuniae, non fundi, sed amoris puto fuīse. forte, n. ita scriperat Quinctus: Si Ciceronem meum erudieris: ego te plus amabo. uide ep. 4. In tuis ad te scriptis a me. In Caesaris & ad Caesarem scriptis ab Oppio. OPPIVS & Caesares in urbe procurator, is, qui scripsit librum 11x, de bello Gallico. FOVEBIS & custodies, conseruabis. QVOD mōnes & forte, ut eum coleret, atque obseruaret, erat enim hoc tempore summa inter Caesarem & Pompeium, socerum uidelicet ac generum, necessitudo. postea, Iulia mortua, societas, quae non admodum, ex inuidia Pompeij, haerebat, prorsus dissoluta. DOLORE & quod a me absis. GAVDEO & quod istic ideo te libēter esse. HIPPODAMIS & qui equos domant, de uno autem intelligit hippodamo: et si de pluribus cum contemptu & stomacho loquitur, infra, hac ipsa epistola. EXSPECTET & si ad te uenerint. QVOD isto amicis & scriperat, puto, Quinctus, operam se daturum, ut illi, quos arcesserat, atque etiam Trebatins, liberaliter ab ipso tractarentur. hoc, inquit Cicero, nihil opus est. ego enim illum non ad te, sed ad Caesarem misi: qui mihi iam satisfecit; quoniam quidem eum, mea commendatione adductus, accepit humannissime. SI ipsi minus, & quod ei fortasse non admodum de familiariter praebeat, aut quod eum ad negotia non dum adhibuerit. PRAESTARE nihil debo & quod amicitia, quae mihi cum Trebatio est, postulabat, id feci, ut eum Caesari studiosissime commendarem: reliqua praestante non debo. AB eo undico & nolo te Trebatij cauſa laborare, libero te ista cura. satis amicitiae factum est, cum illum Caesari litteris accurate scriptis commendaui, quae exstat fam. lib. v. 11. BALBVM & L. Cornelium Balbum, Caesares amicissimum, Gaditanum, urbe donatum: pro quo exstat Ciceronis oratio. IN oculis fero. & unice diligo. nota locutio. TREBONIVM & Caium, legatus erat hoc tempore in exercitu Caesari: anno proximo tribunus pl. rogationem tulerat, ut Caesari Galliarum administratio in alterū quinquennium prorogaretur: praeturam gesit C. Caesare 11. P. Seruilio Vatia cos. consulatum cum Q. Fabio Maximo: postremo, cum Caesarem, quem ciuili bello secutus erat, cum alijs coniuratis occidisset, Smyrnae a Dolabella primus eorum, qui Caesari mortem attulerant, est imperfectus. CVRTIO & de quo ep. 1. 4. li. 2. SALUTEM nostram & quo tempore nostra salus agebatur; cuius electus sum, cum restitutus. QVONIAM illi: Quoniam illis negare non possum; neget ipse mihi, quod eorum cauſa peto. ipsi, negari sibi a me, nō facile patiuntur: ego, mihi a Caesare, facile patiar. MOLESTI sunt & in petendo. METVAMVS & belli cauſa. GAVDEAMVS ob praedam tenuem, alibi: Argenti audio in illa insula scrupulum non esse. VENIAM non dedit; cum tu peteres per amicitiam, ut ad P. Clodium rescriberet; quia nolles Caesare nostra cauſa facere, ut respondendi officium omitteret) satisfacere tibi noluit. id enim significat, Tibi ueniam nō dedit. itaq. locutus est in ep. ad Atticum ultima lib. v. Dedi ueniam homini impudenter petenti: ideſt, concessi, satisfeci in eo, quod imprudenter petebat. CALVENTI Marij L. Pisonem, cuius maternus annus, ut apud Pedianum legimus, Caluentius est appellatus, uideatur intelligere. Caluentum cur portio, quam

quam Caluentium, cur item Marium nominet, haud facile dixerim. nisi si inter Quintum & Marcum iam conuenerat, ut eum sc̄tis nominibus, Caesaris maxime causa, qui Pisone erat gener, appellarent. ORATIONE § quam in urbem reuersus in Ciceronem habuit; cuius e sententia senatus illum de provincia reuocarerat. MEAM § de prouincijs consularibus, hoc est de Pisone Gabinoq. reuocandis. LIBROS meos § de republica. epist. xiiii. lib. ii. His diebus § uel, His diebus, quibus me a scribendo auocant iudicia; uel, quia opus ipsum esset eiusmodi, ut ijs diebus confici non posset, ac spatij plus omnino postularet. PRO Scauro, & pro Plancio § ita de repetundis, haec de ambitu, utraque exstat, sed pro Scavo multata. INCIDI § quia mihi non probaretur. Hoc poema non esse idem, atque illud, de quo in epistola xiv. libri ii. ostendimus infra in epistola ultima huius libri. FONTES iam stiunt § mirum est sicut fontes, unde aqua peti solet. itidem miror, uelle te, uersus tibi, optimo poetae, a me componi. Supra idem alio modo significauit γαῦχα, inquit, εἰς ἀδίην. epistola ultima lib. ii. & epist. iv. & vi. huiusce libri. BENE comitatum § cum multis pecunijs. ioco enim usus erat Quintus. AMBITIONEM § ut nullum studium praetermittam, dignitatis augendae causa. VIVEMVS § uita fruemur? sic alibi. ERIGONAM § tragoediam: quam se scriptisse, & ad Oppiū misisse, significauerat. amissam in itinere, ultima demonstrat huius libri epistola. Erigone soror Penelopes occisum a rusticis ebris patrem ita doluit, ut ipsa se suspenderet. miseratione deorum in caeleste signum conuersam, poetae fabulantur. PLAVSV § a populo Miloni dato. NOBIS § cum illi ideo detur plausus, qui consulem Lentulum Spintherem, legem comitij centuriatis de meo reditu ferentem, enixe admodum iuuit. DE aede Telluris § de operibus, puto, loquitur, & inscriptionibus illis, de quibus epist. ix. lib. ii. DE porticu Catuli § non dubito, quin, quae ad aedem Telluris, eadem, aut similia fieri ad porticū Catuli Quin̄tus ueller. quod ex ijs coniicio uerbis, ad Telluris quidem, quasi, Hoc amplius ad aedem Telluris, quā ad Catuli porticum, quod ibi etiam tuam statuam locauit. ADMONES § ut emam. DOMVS § pecunia publica aedificata: quod ipse in Pisone, alijq. docent. pecuniae uero summa HS uicies fuit, hoc est scutatorum L X M. ita porro magnifice, atque eleganter facta uidetur fuisse, ut neque villas, neque hortos Cicero desideraret. nam & in epistola ad Leptam, Domus, inquit, est, quae nulli uillarum mearam cedat. MVLTORVM fastigiorum § teclum conclaui tegebat, id nollebat Quintus descendere pluribus angulis, & lateribus, (sic enim multa fastigia habuisset) sed uno tantum fastigio uergere in terram inferioris porticus. quod factum Cicero significat. HONESTE § decenter, speciose, minime turpiter. VERGIT § quia est unius fastigij, ideo uerget molli cliuo. non uergeret autem, inaequale si esset, lateribus lenem acciuitatem interruptibus. IN teclum § duo igitur testa, quod supra conclaui, & quod supra porticum. CETERA eius § eruditionem significat. SVSEPIO § ita promitto, ut uelim me, nisi sis erit, quem tu esse uis, quasi praedem appelles. GABINIVM § e Syria reuersum. TRES § una de maiestate, L. Lentulus; duae de repetundis, Ti. Nero, & C. Memmius. accessio postea, item de repetundis, quarta factio, C. & L. Antonij; ut in epistola, quae sequitur: etiam quincta, de ambitu, P. Sulla, ut infra, & ad Atticum ep. 16. lib. 4. est autem absolutus Gabinius de maiestate, damnatus de repetundis. infra, & ad Atticum ep. 16. lib. 4. & Dio lib. xxxix. ADHVC § quasi alias praeterea possint existere, sicuti, ut dixi, existenter quarta, & quineta. POSTVLANT § non dum postulauerant, sed postulaturi uidebantur, unus enim L. Lentulus postulaterat: quod proxima uerba declarant. LENTVLVS § quem, absolu- to Gabiniō, praeuaricatum multi credidere. ad Atticum epist. 16. lib. 4. FLAMINIS filius § ut distingua- tur a L. Lentulo Crure. sic ad Atticum ep. 24. lib. 2. IAM postulauit § propterea de maiestate prius, quā de repetundis, Gabinius causam dixit. infra, & ad Atticum ep. 16. lib. 4. DE maiestate § apud C. Alfium praetorem: quod prouinciae finibus excessisset, dum regem Ptolemaeum in Aegyptum reducit. TI. Ne- ro § hic, opinor, is est, qui Tulliam Ciceronis filiam uxorem cupiuit, ut legimus ad Atticum ep. 6. lib. 6. & Liuiam postea duxit, ex qua Tiberium imperatorem genuit. Velleius. C. MEMMIUS § alias fuit C. Memmius, qui praetoram gessit Pisone & Gabiniō cos. & hoc anno cum consulibus de sequentis anni consulatu coiit. ad Atticum epist. 18. lib. 4. CAPITONE § subscriptore. fuit autem Capito gentis Aetiae, plebeius; Memmius, plebeius; Nero Cladiae, patricius; (nam & Claudij Marcelli fuere, plebej) Lentulus Corneliae, patricius. fuere & Cornelij plebeii, non tamen Lentuli. CATO § M. Cato praetor; qui de repetundis hoc anno quaesuit. eo aegrotante, postulari Gabinius de repetundis non poterat. Sed cur tot annis praetor Cato post tribunatum pl. quem gessit Silano & Murena cos. ? quia, qui fuit ei legitimus annus petenda praeturae, Pisone & Gabiniō cos. eo anno in Cyprus Clodia rogatione ante comitorum tempus emissus est: nec redit, nisi biennio post, Marcellino & Philippo cos. quo anno habita comitia non sunt: & ex interregno consules facti Pompeius & Crassus: quibus comitia praetorum habentibus, cum praetorem Catonem populus ficeret, Pompeius, in Vatinium propen- sior, auspicia mentitus, comitia dissoluit. ita in annum sequentem reiecta Catonis petitio est: quo anno, Domitio & Appio cos. ex interregno creatis, praetoram obtinuit, & gessit. POMPEIVS § quo conten- dente, Gabinius de maiestate est absolutus. ad Atticum epistola 16. libro 4. Nec proficiet § immo profecit: ut etiam Gabiniū, quem paullo ante accusauerat, mox rogatu Pompeij, non sine aliqua leui- tatis nota, Cicero defenderit. Dio, & fam. ep. 1. libro 7. COITIONE § de qua iam diximus. ad Attic. ep. 18. libro 4. MESSALA § quem maxime Cicero diligebat. itaque, Noster, de eo dicit et infra: Enite- mur, inquit, ut Messalla noster saluus sit. & in epistola ultima: Messallam nostrum, reliquosq. mole- stia libertatos, uehementer gaudeo. & ad Atticum epist. 16. li. 4. Messalla noster liberalis in populo ualde fuit. EXCLYDERETVR § coire enim turpi pactione noluit, ergo uir bonus. iam enim dixit Cicero:

XXX Eiusmodi

Eiusmodi pactiones in ea coitione factae, ut nemo bonus interesse debuerit. **SATISFACIO** est efficio, ne quas in me amoris aut officij partes desiderer: quod attinet ad illius petitionem consulatus. **MEMMIO** qui poterat duobus Cicero competitoribus satis facere? quia neuter neutri operat. **Messalla**.n. patricius, Memmius plebeius. ita nihil obstabat, quin uterq. simul consul creari posset. **DOMITIO** Caluino, consulari candidato; qui consul fuit anno proximo cum Messalla. **IPSIS** non modo reliquis tribus, sed ipsi Domitio, qui non ea, qua illi, mihi est amicitia coniunctus. **SCAVRVM** est ultimum nominauit de consularibus candidatis. quattuor. n. omnes fuerunt, **Messalla**, **Memmius**, **Domitius**, **Scaurus**. defendit eum de repetundis accusatum, apud M. Catonem praetorem, **VALDE obliquus** est. n. **absolutus**, ad Atticum. epist. 16. l. 4. & Pedianus. **QVANDO comitia, & qui consules?** dixi iam, comitia hoc anno habita non esse; consules uero, anno sequenti, **Messallam & Caluinum ex interregno fuisse**. **SEPT.** aut hoc tollerem, aut, **OCT.** reponerem, qui. n. potest epistolam complicare x. Kal. Sept. cum meminiter iam in ipsa epistola de XII. Kal. Oct. seq. dixerit Romam uenisse xiiii. Kal. Oct. ? **SVAVISSIMIS** referis humanitate, atq. amore, **ILLE casus** quem mihi Caesar litteris significat. at qui casus? de interitu Iuliae filiae, dicet alius: alius, de legatis, & legione cum cohortibus caesa. ego neutrum. nam de filia, quae Romae obiit, satis ipse sine Caeferis litteris norat. nec diceret, Ille, ut de longinqua: neque, **Casus**; sed, **Lucretius**: de legatis autem, & legione ratio temporum non patitur intelligi. cladem enim illam non dum Caesar accepit, hieme sequenti id euenit. quod libro v. commentariorum ipsius exponitur. itaque & Cicero ipse in epistola huius libri ultima, quam scripsit in extremo anno, calamitatem eam significat, cum Caeferis in summo dolore uirtutem & grauitatem commemorat. de filiae uero obitu in epistolae clausula significat, ubi Caeferis luctum nominat: quae in mortem proprie dictio conuenit. Casum igitur puto dici, naufragium marinarum nauium in Oceano: de quo libro v. commentariorum de bello Gallico mentio fit, tres enim aduersi, maximeq. tristes Caeferis eventus tribus in locis attinguntur, naufragium, interitus filiae, caedes legatorum. **CVM PUBLILIO** locutum. qua de re, incertum est. **INTERIORE epistola** loca sunt in antiquorum scriptis, quae cum legimus, quasi plena praeterimus: deinde, quid ea sibi uelint, ubi quis interrogat, haeremus, incerti quid respondeamus; ac tum denique nostram siue incitiam, siue negligentiam, non sine aliquo pudore, agnoscimus. hoc, **Interiore epistola**, ecquis est, qui satis accurate perpendat: natura enim, ac ratione quoque ipsa comparatum est, ut ea, quae narranda proponuntur, paullo minus diligenter, quam eadem, cum narrantur, attendamus. quoniam igitur hic proponitur, non narratur res; (narratur autem in eo, Me Pompeio legatum iri) ideo fit, ut neque oculus in legendu. neque animus in considerando, pro eo, quantum opus sit, insistat. oculus praeteruolat; quasi res, quae studiose spectatur, parum digna sit: animum ad ea, quae proponuntur, cognoscenda cupiditas dicit. ita, quae duo herba, (haec dico, **Interiore epistola**) uel diligenter considerata, minime tamen a multis, ut opinor, intelliguntur, ea ne considerantur quidem. de quibus ego sic existimo: interiore epistola uocari, non eam epistolae partem, quae a principio & a fine pari distet interuallo, sed eam, quae ab extremo propius absit, quia a principio id adeo cognoscetur, si, quod apud antiquos epistolae claudendae genus esset, ostendemus. non. n. tunc, eo, quo nunc solemus, modo, complicabantur, sed in orbem inuoluerunt epistolae, ita, ut, quae ultima scripta in pagina pars erat, inuolueretur prima; quae prima, ultima. itaque proprio volumen una epistola & erat, & dicebatur. idq. Ciceronis testimonio cōprobatur; qui ad Appium scriptis his uerbis. Volumen a te plenum querelae iniquissimae reddiderunt, & inferunt: Eadem epistola petebas. morem eundem video teneri ab ijs, qui scriptum pretio faciunt: quos uulgo notarios nominant, sribas antiqui appellabant. quod. n. hoediniis uituliniis ue sribserunt in pellibus, id ita contrahunt, & quibusdam quasi spiris ipsum in se se conuertunt, ut inuolucrum efficiant, ne ne sua sponte laxetur, circuulo eius de pellis quasi uinculo, astringunt. eadem erat olim forma litterarum, hoc amplius: ne a tabellarioris aperi possent impresso suo quisq. signo cauebat. inde litterarum fasciculus nomen sumpserit: quod, ut conjunctae constrictaeq. uirgacae fascis est, item litterae a tabellarioris in unum, quasi uirgacae in fasce, coniectae, colligataeq., quodam modo fascis exigui formā praefeferrent. proprie igitur volumen de re in orbem collecta, ut de epistola, de fascia: improprie de re non orbiculata, ut de libro. tametsi oīm, apud priscos illos, de libris quoque proprie. sribebantur. n. in libris, unde nomen sumpserunt, hoc est in codicibus arborū: ijq., quo essent serentibus cōmodiores, conuoluerunt. Quod aut Cicero dixit, Altera iam pagella procedit, in epistola ad D. Brutum, fam. l. x. 1. non de ipsa epistola, quam postea misit, sed de exemplo, quod in codicillis tunc exarabat, intellexit: in quibus unam iam pagellam totam, alterā non totam, sed magnā partem scribendo impleuerat. non enim, cum ita dixit, scripsisse eum in charta verisimile est: cum illius epistolae breuitas ea sit, quae nec unius, quantumvis angustae, paginae locum, si de charta cogitemus, nemū unius & alterius, tenere potuerit, at in codicillorum pagellas, quae contractae admodum erant, optime conuenient. Quod si cui fieri posse videatur, ut ipsos ad Brutum codicillos Cicero miserit: negabo. nam codicilli ad eos tantum, qui ijsdem, aut certe minime longinquis in locis essent, mittebantur: quod exempla declarant, ut in proximo libro, & fam. ep. 12. lib. 4. ad Brutum uero, tam longe remotum, Celticam Galliam pro consule administrantem, codicilos dare, cuius ineptiae fuissent: nam ne ad Papirium quidem, qui neq. prouinciae praererat, ut Brutus, & multo, quam ille, proprius aberat, hominē libri familiarissimum, codicillos tamen Cicero mittendos putauit, sed epistolā & codicillis descripiā. fam. ep. ult. lib. 1x. Neque uero mirandum est, in litteris, quas inuolui solitas dixi, paginas interdum nominati: quod ab orbiculata inuolueri forma satis alienū uideri potest. nihilo. n. minus inuoluerunt, quae pluribus paginis litterae, quam quae una tantū pagina scriptae fuerant, cumq. omnes eodem modo inuoluerentur

terentur; ideoq. si forma spectaretur, itidem omnes uolumina possent appellari: usitatus tamen erat, ut longioribus de litteris, quae plures haberent paginas, uoluminis uocabulum usurparetur. idq. satis patet ab exemplis. POMPEIO 3. in Hispanias proconsule ituro. sic enim putabatur. uerum non iuit; easq. per tres legatos, Afranum, Petreum, Varrom, administravit. decreta est ei lege Trebonia, Crassu uero collegae Syria, utriusque in secundo consulatu. Plutarchus, alij. Non audini 3 quo modo hoc? cum ipse ad Caesarem aliquot mensibus ante de hac legatione scriperit. exstat, quae hoc significat, epistola lib. v. 11. fam. in qua Trebatum commendat. loquitur igitur de recenti rumore: de quo se negat audiisse, falsum tamen non fuisse, ex eo discitur, quod ad Atticum in extrema epistola lib. i. v. scriptum est. Sed heus tu, inquit, scripsoram ne tibi, me esse legatum Pompeio, & extra urbem quidem fore ex idibus Ian. 3. SCRIPSSE ad Caesarem, Vibullium Caesaris mandata 3 erit, cui non placeat iteratum Caesaris nomen, sed, si, cum, Caesaris, legitimus, animo spectabimus, non Caesarem, ad quem Cicero se scripsisse narrat, sed Quintum, qui haec leget; feremus. De mea mansione 3 quam Caesar cupiebat, ut eius ope, atque auctoritate, quibus in rebus opus esset, uti posset. Supra, quod hoc declareret, illud est: Quod mihi otium, Romae praesertim, ut iste me roget, manenti? 3 18: NEC ad Oppium. 3 qui cum Caesaris in urbe omnia negotia procuraret, ad eum quoque Caesaris mandata perfserit Vibullius debuit, ut is ageret cum Pompeio, ne me, si Caesaris causa uelleret, ab urbe remoueret. Quo consilio? 3 fecit hoc Vibullius? non. n. hoc ad Caesarem placet referri: ne uideatur in eo consilium requirere. QUAMQVM Oppium ego temni 3 quamquam non hoc ideo dico, quia uoluerim Oppium Vibullij verbis, cognita Caesaris uoluntate, adduci, ut ageret cum Pompeio de mea mansione, quia ego illum, sua sponte iatis incitatum, tenui rectius. n. duxi, Vibullium primo, cui Caesar praesens praesertim mandauerat, deinde Oppium, cui scripsiterat, agere cum Pompeio. BIBULI 3 quid Bibulo cum Caesar? parum ne notae sunt quae inter eos omnium acerbissimae fuerunt inimicitiae? ego, & minima mutatione, & sententia postulante, libenter, pro Bibuli, reposuerim, Vibullij, nam & ad Att. ep. 2. l. 8. pro Vibullij, & Vibullius, libri sunt ueteres, qui, male omnino, tamen habeant, Bibuli, & Bibulus. tota res perpendatur: male omnino sensisse non uidebitur. PRIORES partes 3 ut is prior ageret cum Pompeio. NVLLAS δ&τέρας οφερίδες 3 Cum saepe litteris Marcus Quintus significasset, uelle se, quantum in ipso esset, Caesaris amicitiam tueri, eiusq. absentis dignitati quam maxime studere, neque in unius Pompeij benevolentia omnia ponere; (id indicilla verba lib. i. i. in epistola, Risi: De Pompeio, assentior Caesar, uel tu potius mihi, nam, ut scis, iam pridem istum canto Caesarem: mihi credere, in sinu est, neque discingor: & illa, in epistola, Ad iv. non. eodem in libro infra: Quoniam in hoc homine colendo tam indormui diu, cursu corrigan tarditatem) Quintus qui iam audisset, si a trema Pompeio legatum iri, suspicatus est consilium ab eo mutatum, quippe qui, si cum Pompeio legatus iret in Hispaniam, de Caesaris rebus, quas Romae curari oporteret, minimum laborare uidetur, cupiebat enim Caesar Marcum sua causa Romae manere, quod ex eo satis patet, in epistola proxime nominata: Quod mihi tempus, Romae praesertim, ut iste me roget, manenti, vacuum ostenditur? ideo Quintus, ea, qua dixi, suspitione commotus, his fere uerbis scriperat: Fortasse tibi δ&τέραι οφερίδες οφερίδες uidentur: hoc est, fortasse consilium de Caesaris mutatio, qui cogites in Hispaniam: fortasse posterius aliquid cogitasti? idq. magis probas, quam quod antea constitueras. cui respondens Marcus, Ego uero, inquit, meas priores cogitationes, mea de Caesar colendo consilia nihil muto; posteriores in Caesaris rebus curas & cogitationes habere nullas possum. attigerat enim, & fortasse integrum recitauerat Quintus senarium illum Euripidis in Hippolyto:

, Al δ&τέραι πας οφερίδες οφερίδες :

ut qui Euripidis lectio mirum in modum teneretur. quod ipsius epistola ad Tironem fam. lib. xvii. epist. 8. restatur: in qua sunt haec: Euripi quantum credas, nescio: ego certe singulos eius uersus singula testimonia puto. Quod autem, Ego uero, dicit; uis quaedam animi significantur, moleste ferentis, quod a Quinto scriptum erat de secundis curis. quo loco quasi punctus exiliit, & ut de re molesta, Ego uero, inquit, & catque hic, ut alibi saepe in exponente Cicerone, Erat mihi, erudit hominis, ingenium requireo: qui, cum in suis adagijs hunc locum interpretatur, profus aberrat a sententia. hoc ego ita iudico: si quis tamen contra, cedam meliora ostendenti. PAENE par 3 secundum te, & liberos nostros, nihil mihi est Caesar carius, paene etiam aequa, actu, liberis, nostri, mihi carus est. IAM 3 quia sibi nos sua iam liberalitate obstrinxit. DEBEO 3 alios enim amamus, nec debemus, uoluntate quadam, & animi tamquam imperu compulsi: alios, quia nos id, quod facimus, recte & cum ratione facere iudicamus. Caesarem, inquit, eodem paene, quo te, & liberos nostros, loco habeo, quia debeo, summis illius in nos officijs, summa humanitate adductus: uerum tamen, ut haec non essent, quae sunt maxima, amore coactus idem faciem, ita prudenter admodum hanc partem attingit Cicerone, nam in amando Caesar neque iudicium a uoluntate seiungit; ne uideatur id facere, quia debeat, potius, quam quia uelit: neque uoluntatem a iudicio, ne significet id se uelle, quod fortasse non debeat. ergo & facit iure, & libenter facit. quae duo simul in amore optanda sunt maxime. sed o, si quis omnes Ciceronis sententias, quae curiosis oculis non patent, aut hac, aut etiam multo maiore diligentia (quantulum enim id est, quod ego quidē praestare possum) aperiret: quam multa manerent ad inuentionem praeclera. ex una mehercule re, tribus aut quatuor uerbis a Cicerone explicata, saepe intellexi, cū ad cogitandum me dedi, res propemodū innumerabiles eiusdē generis, eiusdē elici sententiae posse. Verū haec non ita nostri propositi tractatio est, terminis n. quasi quibusdā interpretis officium desinuit: quibus egredi nullo modo licet, quod si contigisset, id quod equidem maxime uellē, ut obsequi patriae meae roganti, cīq. meam indultriā, laepe iam, primum

Egnatio aetate confecto, deinde Bonamico mortuo, denegatam, de loco superiore probare possem: a quae munere, magno sane cum animi mei dolore, ualetudinis infirmitas exclusit: locus ille fuisse ad aperturos ueteris eloquentiae fontes uehementer aptus, quae est una nobilibus in gymnasii docendi ratio praestantissima: ad quam se suaq. studia honesto loco nati non adolescentes modo, uerum etiam uiri libenter adiungunt. enim uero latent in Cicerone quidem nostro paene innumerabiles, in Gracis Demosthene, & Isocrate, bene multae uirtutes eiusmodi; quae si ad artem ita redigantur, ut eas non oculis intueri modo, uerum etiam mente & cogitatione licet complecti; facile uideo futurum, ut eleganter & cum laude scribere cupientibus egregiam facultatem, ualdeq. splendidam ac lautam orationis Lau nae supellestilem biennii pariat exercitatio, hoc nimis est, quod ego ab eo doctore, qui artem profiteatur, aut unum tradi, aut praecepit certe uelim. nam, inani uel earum historiarum, quae a libris peti facile possunt, recitatione, uel figurarum, quas Demosthenes, aut Cicero ne somniando quidem umquam uidit, commemoratione, tempus conterere; hominis est aut eius, qui suae potius ambitioni, quā aliorū utilitati, consultum uelit; aut eius, qui eam uiam, quae ad ueram solidamq. gloriam ducit, penitus ignoret. Ab Aristophaneo modo ē sincerum illud puto, Ab Aristophane: corruptum, O modo, emendatio quidem a me nulla. quod si particula, Ab, tollatur; de qua tollenda quid statuam, non habeo, cum ea nonnullis a ueteribus libris absit, Bessarionis tamen in libro sit: minima distinctione, sententia patet nec iam suspicio mendī residebit ulla. distinguetur autem sic: Quam paullo ante accepit, Aristophaneo modo: ut Aristophaneo modo epistola dicatur, quae Aristophanis ad similitudinem accedit: pura, quia comicum quiddam in sententijs, ex Aristophanis genere, praeseferat. Et suauem, & grauem ē quales patris ad filium puerum esse litteras decet: suaves, ob aetatem filii; cuius habenda ratio est: graues, ut pater patrio quodam tum naturali, tum legitimo iure seueritatem retineat. AFFIXVM, tamquam magistro, ē haec rebant enim magistris pueri, donec praetexta utebantur. praetexta deposita, & uirili toga sumpta, adibant fere ad iurisconsultos, ut ius ciuile, caussis agendis maxime necessarium, cognoscerent. ANNALI ē Villiae gentis, plebeiae, natum cognomen ab eo, qui legem de pētendis magistratibus annalem in tribunatu pl. tulit. Liuius libro, opinor, XL. Et tamen ē cum, de illo diligenter curare, satis esset, et tamen cura non contentus, etiam consilium addidisti. SERVILIVS ē Isauricum dici, manifestum est. SIGNIFICAT ē ergo nō erat Cicero Romae. nā, significare, absentis est. Non possum scribere ē quia mirandum non est, sordidi hominem artificii humanitatem ignorare. de hoc supra, 322. SALVIO ē is ad Quintum profectus est VI. id Oct. 325. LABEONI ē Seguliae gentis, plebeiae. RESERVABAM ē ut iis darem eas litteras, quas in alienas manus incidere minime uelim. Ne num quidem, quid uellem ē cum iret ad te, qui mihi frater es, debuit (alia mitto) hoc saltem, numquid uellem, rogare. T. PINARIUS ē Lucii fortassis frater, quem C. Caesar, nepotem sororis suae, heredem cum Q. Pedio, & C. Octauio reliquit. de quo Suetonius his uerbis: Nouissimo testamento tres instituit heredes, sororum nepotes, C. Octauium et dodrante, & L. Pinarium, & Q. Pedium ex quadrante, reliquos in ima cera. FRATER eius ē Lucius fortassis; quem dixi unum suille de Caesaris coheredibus. ADOLESCENTEM ē adolescentes interdum appellabant annos etiam plures, quam triginta, nati. itaque in ep. ad M. Coelium, Hominem, inquit, adolescentem non tam allicere uolui, quam alienare holui. cum loquatur de C. Coelio: qui iam quaestor fuerat; & quaestura non ante annum XXXI. lege annali gerebatur, etiā in Oratore modo adolescentem, modo uirum appellat Isocratem. etiā Virum, dignitatis causa dictum in eo loco, item ut alibi, possit aliquis existimare. nunc adolescentis nomen de aetate solum usurpatur ea, quae anno incipit XI. definit XX. ALIAM in sententiam ē cum signifiques, minime te de suburbano emendo cogitare. De se ē si loqueretur ex Anicii persona, hoc modo Miratur Anicius, nihil te recordari de se: usitatum esset. nunc ex persona sua cum dicat, Soleo admirari, nihil te recordari de se: quam proprie, Se, pro eo, positum sit, grammatici uiderint. eiusmodi notauius exemplum in oratione pro Comoedo: Societatis, inquit, non suas, lites redemit, cum fundum a Flavio Roscius accepit, quid ita satis non dedit, amplius a se neminem peti- turum? nō enim dixit, A se, pro, a se ipso, sed pro, ab ipso Flavio; a quo fundum accepit. EPICHARMI ē Siculi, poetae comici: quem Plautus imitandum sibi proposuisse putabatur: unde Horatii uersus: Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi τύρων ē cognosce, quo modo alio usus est. Prius, quam credas aiebat Epicharmus, cognosce quemadmodū is, cui crediturus es, alio sit usus: ut, si se erga aliū recte & optima fide gesserit, ei te tuto committas; si minus, exemplo doctus caueas. appareat Anicium nō bona fide fuisse: itaque non facere Quintum satis prudenter, qui eius opera in emendo suburbano cogita- ret uti. SERMONEM eius. ē subaudi, narrasti, cum essemus una in Tusculano eius. QVEMADMODVM ē conijcio, ē Imperfetta sententia: sed, opinor, hoc significat: Quemadmodum conijcio, quasi minime illum no- ris, ita res illi tuas cōmitis. incipit autem, fraterno amore adductus, hoc dicere: mox, ne fratre uideatur nimis multis uerbis ut imprudentem mouere, extremā sententiae partem omittit. QV ID uelis ē cogites ne de emēdo, ut Anicius dicit, an secus, ut in tuis ad me litteris significat. Ne quid ille turbet, ē ne quid mi- sciat; ne sincera fide non agat; ne te implicet in eo negotio, sic, ut expedire te nisi cum damno nō queas. QV ID praeterea? quid? etiam ē genus in epistolam, praesertim iis, quae ad familiares mittuntur, in extre- mo usitatū, uarias, n. res cū scriptis, nec iā memoria quidquam suppeditat; quasi nos haec per litteras collōcūto delectet, ipsi nos interrogamus, nū quid praeterea scribendū superēt deinde, alterū, Quid, est illud quidē ipsū quoq. cū interrogatione positi: sed et pōsto tamen ad priorē interrogationē quae- dā videat. nā cum rogauit, quid praeterea est, quod scribāt responderet, quid scribāt? quasi dicat: nū quidē nihil video, quod praeterea possim scribere. mox inuēta re, subiungit: Etiam. etiam, inquit, praeterea supe- riora.

ritra aliquid est. Tale illud ad Atticum. ep. xii. l. i. Noui tibi quidnam scribam? quid? etiam. & ep. 6. l. 2. Aliud quid? etiam. & ep. 19. l. 2. Quid aliud? quid? hoc, opinor. Ad iv. kal. Oct. 3 fuerat igitur ad urbem per septem dies, accessit enim xii. Kal. Oct. quod supra scriptum est in hac ipsa epistola. Noctus quia conspici puderet, redibat enim, senatus consulto de prouincia reuocatus: & cum tres factio[n]es, una de maiestate, duae de repetundis postulabant, turpissimus igitur Gabinius, qui noctu introiret; cum ceteri imperatores & interdiu omnes, & plerique triumphantes. Hora octava, 3 quae, quo modo nunc ho[ri]s diem distingui[m]us, uigesima fere nobis esset. diem enim semper ueteres in horas duodecim tribuebant: quae, pro dierum inaequalitate, modo breuiores erant, modo longiores. Edicto 3 edictorum duo genera, unum, quod, initio magistratu, publice proponebat praetor urbanus, ex quo toto anno ius diceret; alterum, quod ad singulas caussas pro re nata accommodaretur: quale est Alfi[us] praetoris, quo Gabinium maiestatis reum adesse ad decimum diem iubet. hoc posterius commune est praetori urbano cum reliquis praetoribus, qui de criminibus quaerebant: illud praetoris urbani proprium. sed haec libro de iudicis reseruemus: qui doctrinam, ut speramus, non omnino iurisconsultis inutilem complectetur. ALFIUS 3 praetoris, de maiestate quaerentis, in epistola, quae sequitur proxima, Quaesitor, inquit, grauis, & firmus Alfius. ADESSE 3 in iudicio, decimo, ut opinor, post nominis delationem dicit, nam Pedianus in commentario Corneliana, cum de Cornelio, qui & ipse de maiestate accusatus erat, loquitur, his uititur uerbis: Cum L. Cassius praetor decimo die, ut mos est, adesse iussisset. & apud hunc, supra, lib. 11, epistola 12. Decimus erat Coelio dies, atque hic decimus Gabinio dies, non dubito, quin fuerit, 111. Kal. Oct. post eum, quo in urbem introiuit, proximus: quo ipso die Cicero hanc epistolae partem scripsit, cadit igitur, diebus decem numeratis, nominis delatio in xii. Kal. Oct. hoc est in eum ipsum diem, quo ad urbem accessit: ut ei, post aduentum, nihil omnino spatiu[m] dederit Lentulus accusator. AFFLICTVS est. 3 cum iret ad iudicium. PROXIMVS 3 turpitudine: cum utrumque senatus de prouincia reuocasset, utrique ciuitas, memoria maxime Ciceronis electi, esset infensa. εψελον 3 partem quandam ab argumento proposito sciunctam, interpositionem. MEORVM librorum 3 an de republica, quos in manibus habebat, quosq. & supra suos, in hac ipsa epistola, nominauit? uix opinor: non enim illos in libros, quorum esset vno de omnium grauissima, inducerentur huiusmodi fabulae. de poemate malim intelligere, non eo, quod ab ipso quaeferat Quintus, (quibus enim libris Quintus pro suis usus esset, de iis non, opinor, dixisset Marcus, Meorum librorum) sed eo, cuius primum iam librum a Caesare lectum, & magnopere probatum, dixit in epistola libri 11. ultima, in extremo. REDITVS 3 ex prouincia, redierat autem Piso anno proximo, Pompeio & Crasso eos. ALTER exercitum perdidisset, alter uendidisset 3 perdidit Piso, uendidit Gabinius: ille, cum commisit, ut caederetur: hic, cum Ptolemaeum pretio conductus restituit, in oratione de prouinciis consularibus, in Pisone, in historia. SATIS commoda 3 satis prospera significante de Britannico bello, satis ex nostra uoluntate. AD mare 3 te reliquo in interiore Britannia. GRATVLANDI 3 quod rem satis feliciter in Britannia gessisset. LVCTVM 3 ob interitum filiae: qui proprio luctus est.

Marcus S. D. Quinto fratri. 2.

AD vi. id Oct. Saluus Ostiam uesperi naue profectus erat cum ijs rebus, quas tibi domo miti uolueras. eodem die Gabinium ad populum luculente calefecerat Memmius, sic ut Catidio uerbum facere pro eo non licuerit. postridie autem eius dici, qui erat tum futurus, cum haec scribebam ante lucem, apud Catovem erat diuinatio in Gabinium futura inter Memmum, & Ti. Neronem, & C. & L. Antonios M. F. putabamus fore, ut Memmio daretur: et si erat Neronis mira contentio, quid quaeris? probe premiatur, nisi non Pompeius, dixi, hominibusq. iniuitis, negotium inuenit. cognoscere nunc hominis audaciam, & aliquid in rep. perdita delectare. Cum Gabinius, quacunque ueniebat, triumphum se postulare aixisset, subitoq. bonus imperator noctu urbem hostium plane inuasisset, in senatum se non committebat. interim ipso decimo die, quo ipsum oportebat hostium numerum, & militum renunciare, in re haesit, summa infrequentia: cum uellet exire, a consulibus retentus est: introduci publicam, homo undique actus, cum a me maxime uulneretur, non tulit, & me trementi uoce exsulem appellauit, hic, o d[i]x, nihil umquam honoriscentius nobis accidit: consurrexit senatus cum clamore ad unum, sic, ut ad corpus eius accederet; pari clamore, atque impetu publicani, quid quaeris? omnes, tamquam si tu es, ita fuerunt. nihil hominum sermone foris clarus. ego tamen teneo ab accusando, uix mehercule, sed tamen teneo; uel quod nolo cum Pompeio pugnare; (satis est quod instat de Milone) uel quod indices nullos habemus. ἀπότλυα formido. adde etiam malevolentiam hominum; & timeo, ne illi me accusante aliquid accidat: nec despero rem & sine me, & non nihil per me confici posse. De ambitu postulati sunt omnes, qui consulatum petunt, a Memmio Domitius; a Q. Curtio, bono, & eruditu adolescentie, Memmius; a Q. Pompeio Messalla; a Triario Scaurus. magna res in motu est: propterea quod aut hominum, aut legum interitus ostenditur. opera datur, ut iudicia ne fiant. res uidetur spectare ad interregnum. Consules comitia habere cupiunt, rei nolunt, & maxime Memmius, quod Caesaris aduentu sperat se futurum consulem: sed mirum in modum iacet. Domitius cum Messalla certus esse uidetur: Scaurus refixerat. Appius sine lege curiata

riata confirmat se Lentulo nostro successorum: qui qui ille uerbum nullum. Habis forensia. Domi recte; dem mirificus illo die, quod paene praeterit, fuit in ipsa domus a redemptoribus tractatur non indiligen. Gabinium: accusauit maiestatis: nomina data, cum ter. Vale.

## EXPLANATIO

Iisdem consulibus.

**A**D POPVLVM 3 quaero, nec tamen inuenio, quo de crimine Gabinij populus indicauerit. nam de maiestate, deq. repetundis non populus, sed praetores cum consilio quaerebant. nec ullum prae terea Gabinio facinus obiectum reperio. fieri tamen potest, ut Memmius, cum tribunus pl. esset, pro protestate populum coegerit, ut de Gabinio suffragium ferret, uel de maiestate, uel de repetundis: sed, de repetundis, potius crediderim: quo crimine item ad praetorem constituit accusator, Ti. Nerone pari studio contende, cupiebat, quod & supra in proxima epistola, & hic proxime planum fit, quem porro in iudicio populi Gabinius exitum habuerit, quo filius intelligatur, ipfa Valerij Maximi, quae sunt in oda uo libro, uerba subscribemus. A. Gabinius, in maximo infamiae suae ardore, suffragijs populi, Memmio accusatore, subiectus, abruptae esse spei uidebatur: quoniam & accusatio partes suas plene exhibebat; & defensionis praesidia inualida fide nitebantur; & qui iudicabant, ira perciti poenam hominis cupide experebant, igitur lictor & carcer ante oculos obuerabantur: cum interim omnia ista, propitiae fortunae interuentu, depulsa sunt. filius namque Gabinii Sisenus, consternationis impulsu, ad pedes se Memmii supplex prostrauit, inde aliquid fomentum procellae petens, unde totus impetus tempestatis eruprat, quem truci uultu a se uictor insolens repulsum, excusso e manu anulo, humi iacere aliquandiu passus est: quod spectaculum fecit, ut Laelius tribunus pl. approbatibus cunctis Gabinium dimitti iubaret. LVCVLENTE calefecerat 3 non frigide accusauerat, sed ita uehementer, ut Gabinius caleceret, tra latio, agitati enim non modo corporis, uerum etiam animi motu, calescimus. sic M. Coelius in epistola: Si Parthi uos nihil calfaciunt. Non licuerit 3 clamore, conuicioq. populi. CALIDIO 3 M. Calidio, quem suile oratorem dulcem potius, quam uehementem, in libro de claris orat. ostenditur. CATONEM 3 practorem, de repetundis cognoscentem. ergo, cuius futura de reo quaestio erat, is & de accusatore diligendo ante cognoscet. DIVINATIO 3 contentio, quis deberet accusare, caussam nominis Pedianus exponit, quia non de facto quereretur, sed de futuro, quae est diuinatio, uter deberet accusare. C. ET L. Antonios 3 tres igitur factiones Gabinium de repetundis postulabant, Memmius, Nero, Antonij: quos in epistola proxima non nominauit: non dum enim exstiterant: itaque ibi, quasi futurum diuinaret, non dixit. Tres factiones Gabinium postulauit, sed, Tres adhuc factiones. nam postea quarta factio, Antonij postularunt, deinde & quinta P. Sulla, ut est in epistola ad Att. 16.lib. 4. Fratres fuerunt M. Antonii, postea triuiri: filii Marci, eius, qui, gratia Cottae consulis, & Cethegi factione in senatu, curationem infinitam nauctus totius orae maritimae, Siciliam & prouincias omnes depopulatus est; ad postremum, inferens Cretenibus bellum, morbo interiit, huius igitur filii Caius, & Lucius, nepotes aero Marci, clarissimi oratoris. M. F. 3 sic antiqui scribebant: non nulli postea sic, M. F. 3 inde natus error apud antiquitatis imperios, ut Meos, non M. F. 3 legendum putarent, ob similitudinem F. & E. quod ideo dictum a me uolu, quia video in aliquos etiam impressos libros hanc mendam irreplisse, idq. ut monerem opera pretium existimau. NE OTIVM inuerit 3 res Gabinii perditas restituit, hoc non sine cauilla Cicero timebat, opes enim Pompeii maxima; qui etiam suo studio, ut Gabinius de maiestate absoluueretur, obtinuerit. infra, & ad Att. ep. 16.l.4. DELECTARE 3 odio tenatus in Gabinium, amore in me. SVBITOQ. 3 cum hoc uerbum Cicero posuit, proxima spectauit, quod supra, quod infra; supra, quod dixerat, Triumphum se postulare dixisset; infra, quod interfuit, Bonus imperator noctu in urbe hostium inuasisset, altero enim Gabinii leuitas, & incostantia coarguitur; qui, cum de triumpho ubique iactasset, subito, abiecta triumphi postulatione, in urbem introisset: altero, eiusdem turpitude, & improbitatis conscientia notatur; qui non interdiu sit ausus introire; eum intelligeret ita se de ciuitate ac de republica esse meritum, ut, si luce ingredere, ab occurrente populo non salutaciones honorificas, non ullas laudes, sed omnia probra, omnes contumelias merito posset expectare. Subito autem non ita restriete dictum, ut subito post aduentum Gabinii ad urbem intelligi debeat: mansit enim ad urbem per nouem dies, cum accessisset xxi Kal. Oct. introisset xv Kal. sed, Subito, praeter expectationem: cum ex eo rumore, quem ipse passim dissipauerat, triuphans potius ingressurus esse uidiceret. BONVS imperator 3 ex ambiguo ludit, nam periti imperatores plerumque noctu irrumpunt in urbes hostium, iste uero, nequam imperator, cu se odio esse ciuitati sentiret, sic, ut eu hostis loco haberet, noctu introiuit, conuiciueritus, & contumelias, si interdiu ingredere, Hos t I V M plane cives enim hostes ei plane sunt. INVASISSET 3 dicendum erat, Introisset: maluit, Inuasisset; ut in tralatione persistet. noctu. n. Gabinius, praeter expectationem, bonorum imperatorum exemplo, cu urbem hostium inuadunt, introierat. ita tribus uerbis a Cicerone, eleganter sane, & apte de introitu Gabinii, comprehensa tralatio est, his inquā, imperator, hostium, inuasisset. NON committebat 3 odiosa de re dixit proptie, committebat. timebat enim senatus oderat

oderat eum, eiq. pariter odio erat, iam inde a consulatu dixerat enim in concione consul, hoc est is, qui tueri senatus auctoritatem deberet; Errare homines, si senatum aliquid in republica posse arbitrarentur. pro Sextio. Ipo 3 distulit, quoad potuit: ipso demum die decimo, ultra quem differre non poterat, in se natum uenit. DECIMO 3 ab introitu in urbem. ergo nonis Oct. nam introiuit IV. kal. OPORTEBAT 3 iu bente lege; aut more maiorum. HOSTIVM 3 lege cautum erat, quod Valerius libro 111. narrat, & Dio libro xxxv 11. significat, ne quis triumpharet, nisi qui quinque millia hostium una acie cecidisset. hic, no subito, quin aliud agatur, non enim triumphauerat Gabinius, aut, cum in urbem iam esset ingressus, de triumpho poterat cogitare, quare crediderim, non iis modo, qui triumphassent, aut triumphatur essent, sed omnibus plane imperatoribus, e prouincia reuersis, usitatum hoc fuisse, ut caesorum non tam hostium, quam militum numerum in senatu exponerent. Bessarionis liber habet, Hostiarum. & in epistola M. Coelij, ubi legitur in impressis, Cum de hostibus ageretur, in scriptis aliquod uidimus, Hostiis. quo ramen in loco sequi maluimus eos, qui habent, hostibus, adducti Valerij Maximi auctoritate, qui legem illam de caesorum hostium & militum numero commemorat. IN RE HAESIT 3 magis placet, quod alii uideo, in repertis: cum eo tamen placet, si ueteres libri consentiunt, nam Bessarionis liber, IN RE HAESIT, habet: quod est, in recitando, implicitus ignoratione rei. IN REPRESIT, nero ualeat hoc, uenisse Gabiniuum in senatum & in uitum, & latenter more animalium repentium, cursu enim uoluntas maior declatatur. INFREQVENTIA 3 cum e prouincia reuersos, quo primum die ad senatum adeunt, propinquai, familiares, clientes comitata maximo soleant honestare. EXIRE 3 hostium, & militum numero recitatio: quasi, praeterea quod ageret in senatu, nihil ei restaret. A CONSULIBVS 3 Appio, & Domitio: quorum Domitius Pompej caus sa, inimicissimi sui, Gabiniuum oderat; Appius, quia misum in Syriam legatum, ut in Dione legimus, recipere noluerat: qui etiam illum eo die accusauit maiestatis: quod in hac ipsa scriptum est epistola. PVBLICANI 3 Syriani, Gabino infensi. questum enim sua damna ad senatum uenerant: quod, cum Gabinius, finibus prouinciae suae contra leges egressus, Alexandriam ad restituendum Ptolemaeum cum exercitu profectus esse; praedones per eius absentiam maritima Syriae loca uastarunt. quo facto, publicanis ea, quae de publico redemerant exigere non licuit. Dio lib. xxxix. ET CUM A ME 3 potest non abundare, et si uidetur, particula, ET, nam est, cum uulneraretur, & a me maxime. potest etiam abundare: quod eam addiderit imperitus; qui cum uideret, A TUIS, (sic enim est in libris aliquot scriptis, non, ut postremo impressis, Actus) copulam necessariam duxerit: ut ad uerbum, Vulneraretur, utrumque refetur, hoc modo: Cum a tuis, & a me maxime uulneraretur. VULNERARETVR 3 accusaretur, a uenatione tralatio, ferae enim undique actae uulnerantur. ideo intulit, Vulneraretur; cum, Actus, iam dixisset. Non tulit 3 sustinere tacitus non potuit, sic in 111. de orat. Cum homini, & uehementi, & diserto, & in primis forti ad resistendum Philippo quasi quasdam uerborum faces admonuisset, non tulit ille, & grater exarbit. TREMENTIS 3 ut hominis ira commoti. EXSVLEM 3 quia lege Clodia, ipso consule Gabino, pulsus, per sexdecim menses urbe catuerat, huiuscem nominis contumeliam, etiam a P. Cladio sibi obiecta, diluit ac purgat in paradoxo multis uerbis. IMPETV 3 impetum significauit senatus, cum dixit, Ut ad corpus eius accederet. PVBLICANT. 3 Gabino, propter damna & iniurias ab illo acceptas, infensi; Ciceroni, consulatus beneficio, coniuncti, ut omittam, quod Cicero patre natus erat equite Romano, & publicani omnes equestris ordinis, quo uidebatur quiddam inter eos necessitudinis intercedere. FORIS 3 passim, non solum in senatu, sed apud caeteros etiam. sic locutus est in epistola longa ad Lentulum: Cu ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset, & ad Quintum fratrem: Foris ualde plauditur, in vulgo alibi dixit, eadem sententia. CLARIVS 3 hac, quam tenatus dedit, significatione uoluntati erga me. TENEO 3 antique, pro teneo me. Teneo se Cicero ab accusando Gabino, quod infra quoque confirmat, in causa maiestatis: de repetundis uero non modo non accusauit, uerum etiam rogatu Pompeii defendit: quod & Dio lib. xxxix. narrat, & ipse in epistola ad Marium, s. 9 f. significat. Illud mirari non satis possum, quod ab eodem Dione traditum video; Gabiniuum a Cicerone de maiestate grauissime accusatum, quod aperte falsum ostendit ipse Cicero & hic, & apertius etiam infra in epistola 4. nisi si, ut a teste Ciceroni, non ut ab accusatore, Gabiniuum accusatum intelligas, acerbe enim testimonium in illum dixit: quod infra in ultima scribit epistola: Testis, inquit, uehemens fui, praeterea quieui. CVM Pompeio 3 qui Gabinius patrocinium ideo suscipiet, quod ipse Gabinius, ut Ptoleaeum in regnum reducere, scriptis literis impulerat. Dio lib. xxxix. Quid instat 3 in quo uereor ne Pompej animum offendam, ille enim fauebit Guttae, ego Miloni, de me optime merito. infra, in ultima epistola. VET. quod iudices nullos 3 etiam in ad Atticum epistola lib. IV. causam absoluti Gabinius confert in Pompei contentionem, judicium fordes. item hic, infra. Quod autem est in impressis libris, Vel quod, mendosum existimo. Nam Bessarionis liber habet, id quod, unde factum suspicor, uel quod, eorum temeritate, quorum aures imperiae antiquam, non tamen satis usu peruulgatam, loquendi rationem inique ferrent. est enim, id quod, pro ideo quod. sic locutus est is, qui mihi est post Ciceronem familiarissimus Terentius in Heautontimorumen: :

Id quod est consimilis moribus, conuices facile ex te natum.

& in Hecyra:

Illico laetae exclamant, Venit, id quod me repente aspicerant. sic & Luius libro xl. id quod erat uetus coniunctio cum Macedonibus, totum igitur hunc locum ita legerem, ac distinguem: Teneo ab accusando, uix mehercule, sed tamen teneo, id quod nolo cum Pompeio pugnare: (satis est, quod instat de Milone) id quod iudices nullos habemus, aratayua formido. quemadmodum enim, ubi est in impressis, Vel quod iudices, mendosum esse Bessarionis liber ostendit: sic illud,

Vel

Vel quod nolo, non sincerum esse, facile possum suspicari: cum eadem utrumque potuerit causa depre-  
 uare. *ἀπόταξις* 3 absolutionem Gabinij, propter iudicium sordes, formido, timeo, inquit, ne non al-  
 sequar, quod uelim, nam *ἀποτύγχωση*, spe fructus, non obuineo. MALEVOLENTIAM 3 in ipsum, an in  
 Gabinium? in ipsum: nam causas colligit, cur ab accusando se teneat, haec sunt, Pompeius, iudices, ho-  
 minum malevolentia, tuos enim ipse quoque maleulos habebat. ALIQUID accidat. 3 contra quam  
 accideret me non accusante, timeo, ne absoluatur, nam, qui me oderunt, fortasse illum, me accusante,  
 subleuarent. Nec deffero 3 nam, ne sperem omnino, Pompeius, & iudicum insirmitas facit. Non ni-  
 hil per me 3 qui ut non accusem, aliis ramen accusantibus opem aliquam sumministrabo, &, Non ni-  
 hil, ne, si uehementer, Pompeium a se abalienet: cum quo pugnare nolebat. CONFICI 3 ut iudicio co-  
 demnetur. A MEMMIO Domitius 3 candidatus a candidato, absoluuntur, constat, quia consul fuit anno  
 proximo cum Messalla: nec Domitium modo, sed omnes plane candidatos, na in ultima epistola, Me-  
 sellam, inquit, iam nostrum, reliquosq. molestia leuitos, uehementer gaudeo, aut igitur is, qui exsulauit  
 Athenis, ad quem scribuntur a Cicerone epistolae lib. fam. xii 1. alius Memmius est; (meminimus autem  
 supra quoque de duobus Memmijs, quorum utrique praenome fuerit Caio) aut, si hic est, postea in alio  
 iudicio condenatus. A Q. Curti 3 hunc ignoro prorsus. Magnuli liber, ad manucripti exempli emenda-  
 tus, Acurio, mendaces fortasse tamen cum uestigio ueritatis. Q. POMPEIO Rufo, ut Atticum epist. 16. l. 4.  
 Su lae dictatoris ex filia nepote, ut apud Pedianum, hic biennio post tribunus pl. occiso Clodio, saepe at  
 que acriter in Milonem, ac Ciceronem etiam ipsum concionatus est. Pedianus, exsul significat Coelius  
 in epist. 1. lib. 11x. fam. TRIARIO, adolescentem, qui cum paullo ante de repetundis accusauerat, paratum  
 fuille ad dicendum, & nostrae industriae, Pedianus tradit. filius fortasse fuit eius, cuius orationem Cice-  
 ro plenam litterac senectutis appellat in Bruto. AVT hominum, aut legum 3 aut candidatorum, si con-  
 demnatur, aut legum, si absoluuntur, leges enim uidentur interire, cum nocentes absoluuntur rei, culpae  
 significat candidatorum, ut supra, cum dixit: Ita erant progressi candidati consulares, ut non esset ferendum, & ad Att. 64: Tres candidati fore rei putabantur, quid poteris, inquires, pro ijs dicere? ne uiuam, si  
 scio. INTERITVS 3 calamitas, exsulum mortis enim supplicium Sempronia lex a ciuibus R. amoue-  
 bat, sic infra, Periturus reliquis iudiciis, de Gabinio dixit, cum damnationem intelligeret. VT iudicane  
 fiant. 3 aliquo tribuno pl. intercedente, etiam edicto consulis iudicia sublata animaduerti, ut cum de  
 ni Clodium accusauit Milo, Lentulo & Nepote cos. pro Sextio, Consul, inquit, praetor, tribunus pl. noua  
 noni generis edicta proponunt: ne reis ad sit, ne citetur: ne quaeratur: ne mentionem omnino cuiquam  
 iudicium, aut iudiciorum facere liceat, idemq. ep. 9. l. 1. fam. his uebris: Cum tribunus pl. poenas a sedi-  
 tiose ciue per bonos viros iudicio persequi uellet, exemplum praeciarissimum in posterum vindican-  
 dae editionis de rcp sustulerunt, confirmat Dio libro, opinor, xxxix. INTERREGNUM 3 quo deducta  
 est, quod autem hic, Res uideatur spectare ad interregnum, ad Att. ep. 16. l. 4. dixit, Res fluit ad interre-  
 gnum. REI nolunt 3 itaque obnuntiationibus dies comitiorum sustulerunt, quod in epistola proxima  
 ostendetur, & ad Att. ep. 16. l. 4. Nolebant autem ideo haberri comitia candidati consulares, quo plus  
 haberent spati ad hominum studia colligenda. MAXIME Memmius 3 cuius etiam causa fore putare-  
 tur aliquis tribunus pl. qui comitia in aduentum Caesaris detruderet, ad Att. ep. 16. l. 4. CAESARIS ad  
 uenu 3 in urbem minime: quia cum imperio Caesar erat: nemo autem cum imperio urbe introibat,  
 exceptus qui triumphabant: quorum ipso triumphi die finiebatur imperium. Ad urbem? ne id quidem  
 praefectis enim prouinciarum egredi prouinciae terminis non licebat: & prouinciae Galliae, quam  
 Caesar administrabat, Rubico flumen erat finis. Quo igitur in Galliam Togatam, Caesaris prouinciae  
 partem, quae ad suffragia ueniebat, non tam eniuersa, sed coloniae tantum Romanae, & municipia,  
 quod etiam diximus in commen. ep. 1. l. 1. ad Att. his igitur ad comitia uenientibus fore sperabat Mem-  
 mius ut a Caesare commendaretur: simul illud, ut, cum peragendorum conuentuum causa Caesar al-  
 pes transisset, de suis militibus Romanis mitteret, qui Memmum in petitione consulatus adiuuarent, ita  
 que ad Att. ep. 17. l. 4. Memmius, inquit, Caesaris commendetur militibus, & hic, in epistola ultima, IA  
 CET 3 minime futurus consul putatur, infra de eodem, Friget, dixit: supra de Messalla, Flaccet: & ad At-  
 ticum de eodem ep. 15. l. 4. Languet, haec ad copiam latinarum linguae. VIDEBATVR 3 & fuit, plebeius ca-  
 patricio, populum enim liberalitate deleniuerunt, ad Att. ep. 16. l. 4. Messalla noster, inquit, & eius compa-  
 titor Domitius liberalis in populo ualde fuit, nihil gratius, certi erant consules. REFRIXERAT 3 delectu-  
 tis a Pompeio, nam in postrema epistola, Scaurum, inquit, iam pridem Pompeius abiicit, de quo etiam  
 suspicio quedam fuerat, nota enim erat Pompeii simulatio, itaque ad Att. ep. 15. l. 4. Pompeius Scauro  
 studet, sed, utrum fronte, an mente, dubitatur. Refixerat: desierat consul putari, amissio enim Pompeii  
 studio, simul opinionem consulatus amiserat. SINE lege curiata 3 Aliquem, opinor, tribunum pl. cum  
 ferretur curiata lex, timebat intercessorem, ideo etiam cum C. Memmio & Cn. Domitio Caluino turpis  
 sima passione coiit, de qua ad Atticum l. 4. ep. 18. ut ambo HS cccc consulibus darent, si essent ipsi co-  
 sules facti, nisi tres augures dedissent, qui se affuisse dicerent, cum lex curiata ferretur, quae lata non es-  
 set, quo patefit summa in Appio prouinciae cupiditatis. Imperium dabat populus lege curiata, sena-  
 tus lege Cornelia, qui lege curiata, sumptu publico, qui Cornelia, suo ibant in prouinciam, ideo in epis-  
 tola ad Atticum 16. lib. iv. Appius, inquit, sine lege, suo sumptu in Ciliciam cogitat, & fam. epistola  
 9. lib. 1. LENTVLO nefro 3 Spintheri, Ciliciam administranti, qui Ciceronem consul ab exilio restitu-  
 erat. ILLO die 3 de quo dixi iam, ipso decimo die: cum Gabinius in senatu aetus & uexatus undique  
 est, ACCUSAVIT 3 non ad praetorem in foro, sed in senatu, DATA 3 prolata, eorum qui parti-  
 pes

pes aut consciū fuerant maiestatis imminutae: quibus testibus conuinci Gabinius posset. IPSA domus 3 quod scilicet reliquum erat, expolitio. iam enim aedificatam magna ex parte crediderim; cum in proxima superiori epistola dixerit, Urbanam ex positionem urget Philotimus. & in ea, quae sequitur proxima, Expolitiones utriusque nostrum sunt in manibus. Nec unius Quincti, sed utriusque domum intelligo, cum sequatur, A redemptoribus, suum enim uterque redemptorem habebat. itaque ep. I V. l. 11. Redemptori, inquit, tuo dimidium pecuniae curaui. quo iūe in loco de urruisque coniuncta domo cognoscitur. ergo cum dixit, Domi recte, de utriusque pariter domesticis rebus intellexit. TRACTATVR non indiligenter 3 satis curatur strenue, urgenteribus Philotimo & Cincio, ipso etiam Cicerone crebro interuisente. supra in epist. proxima. Et quod hic μεταφορικῶς dixit, Tractatur; in proxima epist. eadem tralatio ne usus, In manibus sunt.

Marcus S. D. Quincto Fratri. 3.

**O**CCUPATIONVM mearum signum tibi sit libra rīj manus. dicm scito esse nullum, quo die non dicam pro reo. ita, quidquid conficio, aut cogito, in ambulationis fere tempus. confero. negotia nostra sic se habent: domestica uero, ut uolumus, ualent pueri, studio sedis, diligenter docentur, & nos, & inter se amāt. Expolitiones utriusque nostrum sunt in manibus, sed tua ad perfectum. iam, res rustica Arcani, & Laterij, praeterea de aqua, de via nibil praetermisit quadam epistola, quin enucleate ad te perscriberem. sed me illa cura sollicitat, angitq. uehementer, quod, dierum iam amplius L. interuallo, nihil a te, nihil a Caesare, nihil ex istis locis non modo litterarum, sed ne rumoris quidem affluxit. me autem iam & mare istuc, & terra sollicitat: neque desino, ut sit in amore, ea, quae minime uolo, cogitare. quare non equidem iam te rogo, ut de me, de te, de rebus istis scribas: numquam enim, cum potes, praetermittis? sed hoc te scire uolo, nihil fere me unquam ita expectasse, ut cum hac scribam, litteras tuas. Nunc cognosce ea, quae sunt in rep. Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnunciationibus, magna uoluntate honorum omnium: tanta inuidia sunt confuses. propter suspcionem pauperum a candidatis praeiorum. candidati confidares quatuor omnes rei. causae sunt difficiles: sed enitetur, ut Messalla noster saluus sit: quod est etiam cum reliquorum salute con-

iunctum. Gabinum de ambitu reum fecit P. Sulla, subserbiente priuigno Memmio, fratre Caecilio, Sulla filio. cōtra dixit L. Torquatus, omnibusq. libentibus non obtinuit. quaeris, quid fiet. sciemus de maiestate triduo: quo quidem in iudicio odio premirur omnium generum: maxime testibus caeditur: accusatoribus frigidissimis uitetur. consilium uarium, quaesitor grauis, & firmus Alfius, Pompeius uebemens in iudicibus rogandis, quid futurum sit, nescio: locum tamen illi in ciuitate non video. animum praebeo ad illius perniciem moderatum, ad rerum euentum lenissimum. Habes fere de omnibus rebus. unum illud addam. Cicero tuus, nosterq. summo studio est Paenitentiā sui rhetoris, hominis, opinor, ualde exercitati, & boni: sed nostrum instituendi genus esse paulo eruditius, & detinendis repon, non ignoras. quare neque ego impediri Ciceronis iter, atque illam disciplinam uolo: & ipse puer magis illo declamatorio genere duci, et delectari uidetur in quo quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus, eodem enim peruenturum esse confidimus. sed tamen, si nobis cum eum rus aliquo eduxerimus, in hanc nostram rationem, conuertinemq. inducemos. magna enim nobis a te proposita merces est: quam certe nostra culpa numquam minus asequemur. Quibus in locis, & qua spe biematrus sis, ad me quamdiligentissime scribas, uelim. Vale.

## EXPLANATIO

Iisdem consulibus.

**Q**VIDQVID conficio, aut cogito, 3 quidquid scribo, quidquid, quod deinde scribatur, cogito. NEGOTIA nostra 3 quae ad me pertinent, ea quo modo se habeant, ostendi, cum dixi: Diem scito esse nullum &c. EXPOLITIONES 3 aedium nostrarum. ep. I. huius libri. SVNT in manibus, 3 tractantur, curantur. epistola, quae antecedit, proxima, in extremo. IAM res rustica 3 sic, ut est in scripto Befilarionis libro, legas; siue, ut in impressis omnibus, praeter hunc nostrum postremo editum, iam res est rustica; utroque, modo subesse mendum, intelligetur. mihi Befilarionis librum, cuius habeo iam satis perspectives bonitatem, sequi placuit: ad eumq. uolo, quasi minus remotum a ueritate, meam correctionem accommodare. opinor enim, nec fortasse non recte, legendum sic: Iam, res rusticas: ut Rusticas, dictum accusandi casu, uerbum, Perscriberem, infra positum spectet, nam & in ea ipsa, quam significat, epistola, cum de Arcano & Laterio plene scripsisset, concludit eam partem his uerbis: Habes fere de rebus rusticis. deinde subiunxit de urbanarum aedium expolitione. ARCANI, & Laterij 3 dixi iam, loca suis in Arpinati, quae Quinctus possidebat, quid aliud? etiam nam mihi saepe, quae difficultatis habet nihil uidentur, in iis mea scrupulum iniecit cogitatio. Hic sine dubio quali retractat Cicero breuiter ea, quae scriptis multis uerbis in epistola I. huius libri, dubitare igitur aliquis iure possit, cur hic Arcanum & Laterium modo nominet, cum in ea epistola de Manliano praeterea, de Fusidiano, deq. Bouilianō fundis

Y y y fundis

fundis mentionem fecerit. Ad hanc dubitationem id, de quo quidem mihi dubitatio nulla est, respon-  
 debo. Manlianum, Fufidianum, Boulianum, non ab Arcano loca separata, sed ipsius Arcani partes fus-  
 se: ut Arcanum loci generale nomen esset, quo multi fundi continerentur. PRAETEREA 3 ergo, cum  
 dixit, Res rustica, Arcani, & Laterii, non de tota rustica re, sed de uillis tantum intellexit; cum adiungat,  
 De aqua, de uia. ENVCLEATE 3 diligenter, & plane, hoc enim uocabulum Nonius explanat, purgate,  
 exquisite, sine asperitate, aut duritia. ductum a nucleis nutrum. Ex istis locis 3 ex Britannia. MARE  
 istuc, & terra 3 maritimae tempestates, terrestres pugnae. TOLLVNTVR 3 sublatos ad usque pridie  
 Kal. Oct. constat ex epistola ad Atticum 26.lib.4. OBNUNCIATIONIBVS 3 per Q. Mucium Scaeuolam  
 tribunum pl. interpositis, opera candidatorum cōsularium; qui produci comitia uolebant, quo possebant,  
 nummis interea distributis, populi uoluntatem sibi adiungere, significauit iam hoc in epistola proxima,  
 dixit ad Atticum ep. 16.l.4. Obnunciare quid sit, notum satis est. BONORVM 3 qui comitia haberi eo  
 anno a consulibus noblebant, ne praemia consequerentur pacta a Mēmio & Caluino, consularibus candi-  
 datis. SVSPICIONEM 3 nondum enim pactionem illam Memmius in senatu recitauerat. ad Att. epist.  
 18.lib.4. PRAEMIORVM 3 HS quadringena, hoc est scutatos aureos duodecim millia. ep. ult. lib. 1v. ad  
 Att. QVATTVR 3 manifestum est, significari duos patricios, Messallam, & Scaurum; duos plebeios,  
 Caluinum, & Meminium. REI 3 de ambitu postulati, epistola quae huic antecedit. DIFFICILIS 3 que  
 non facile defendi possint, quorum enim ita progesa licentia est, ut nummos contra leges, palam, tribu-  
 tim, uno loco diuisent, pro iis quid est quod quisquam possit dicere? ad Att. ep. 26.l.4. ENITEMVR, 3  
 studio, & precibus, non patrocinio, non enim puto defensum a Cicerone Messallam, nam eti in epistola  
 ad Att. 16.l.4. cum dixit, Quid poteris, iniqüies, pro iis dicere ne uiuam, si scio: fore, uidetur significa-  
 re, ut eorum cauſas suscipiat: tamen, id ut existimem non esse factum, adducor iis uerbis, quae sunt infra  
 in ultima epistola: Messallam iā nostrum, reliquosq. molestia leuatos, uehementer gaudeo, non enim  
 de suo patrocinio tacuisse. CVM reliquorum salute 3 Messallae enim absolutio reliquorum candida-  
 rum cauſas praeiudicio subleuabit. Ergo Messallae iudicium uidet Cicero primo loco factum iri, deinde  
 re liquorum. PSVLLA 3 is, qui de ambitu, accusante L. Torquato competitore, damnatus est, poste  
 de uia a Cicerone defensus: quae exstat oratio. dextrum in exercitu Caesaris cornu rexit in acie Pharsali-  
 ca, ipsi enim Caesari, de se ipso scribenti, fidem habeo potius, quam Plutarcho, qui dextro cornu Caesa-  
 rem, sinistro Antonium praeſuile tradit, de P. Sulla uerbum facit nullum. hunc opinor significari in epi-  
 stola ad Dolabellam, fam. lib. 12. & de off. l. 2. Sed inquirio ipse in me, ne quid in historia peccem, nomi-  
 num similitudine deceptus, quam esse lubricam admodum rationem, ideoq. labi in ea permultos ani-  
 maduerito. Nam cum statuilem iam, ut omnino nihil dubitans, hunc esse P. Sullam, qui consul cum P.  
 Autronio Paeto designatus est, de ambituq. L. Torquato accusante damnatus: orta mihi suspicio est, cū  
 hic Sulla Gabiniū Romae reum faciat, non esse eum, qui iudicio de ambitu conuictus est. nam de am-  
 bitu damnatos exſulii poena sequebatur. quod in oratione pro Plancio declaratur his uerbis: Nunc po-  
 stulatur a uobis, ut eius exſulio, qui creatus sit, iudicium populi reprehendatis. idq. in eadem infra con-  
 firmatur: Agitur, inquit, Plancii salus, patria, fortuna. Sane mihi haec aliquandiu molesta dubitatio  
 fuit, postea quasi nodum soluit obſeruatio. reperi enim in oratione pro Sulla id ipsum, quod quia ſu-  
 spicatus iam eram, attenta lectione quaerebam; hoc uidelicet: quo anno Sulla est damnatus, non dum  
 ambitus poenam exſulium fuisse. sic enim in ea de Sulla, ambitus antea condemnato, Cicero loquitur:  
 Abſuit ab oculis nostris, &c. cum lege retineretur, ipſe ſe exſulio paene multauit. Ergo, quo anno habita  
 est oratio pro Plancio, exſulabant de ambitu damnati; quo damnatus est Sulla, non exſulabant. Placuit  
 etiam quaerere, quo anno lex, quae exſulium irrogabat, lata fit. compri. lata est ab ipso Cicerone con-  
 ſule, triennio post Sullam damnatum. docet hoc duobus in locis oratio p̄t̄ Murena. hoc amplius ex  
 Dione cognoscitur, exſulium illud per decem annos fuisse. FRATRE 3 uterino, cum fit Cacciliae gen-  
 tis: nam Sulla Cornelius. SVLLA filio 3 quem in ea, quam nominaui proxime, Cassius epistola significat,  
 cum ait: Sectorem Caesar non defiderabit, cum filium uiderit. CONTRADIXIT 3 in diuinationis iudicio:  
 accusator enim, Sulla reiecto, decipi uolebat. ad Att. ep. 16.l.4. Gabiniū, inquit, P. Sulla, non dubitans  
 quin foris esset, postularat, contradicente, & nihil obtinente Torquato. TORQUATVS 3, qui hunc Sullā  
 de uia accusauit, filius eius, qui eundem de ambitu accusauerat, & damnauerat: ut aeternas cum P. Sulla  
 gerere inimicitias uiderentur. LIBENTIBVS 3 nimium enim in ſeſti Sullae Torquati uidebantur, damna-  
 uerant ambitus: confutatum eripuerant: de uia accusauerant: an etiam alterius accusandi locum, ipſore  
 pulſo, obtinerent? nimia haec quidem arrogantia. itaque propenſiores in Sullam homines, quam in  
 Torquatum, qui ueteri inimici calamitate contentus non esset. OMNIVM generum 3 ut uniuersus  
 paene populus ad iudicium concurrerit; parumq. abfuerit, quin eum disperperet. Dio libro xxxix.  
 CAEDITVR 3 accusatur, affligitur. ductum a pugnantibus. ACCUSATORIBVS 3 L. Lentulum, eiusq.  
 subscriptores intelligit. epistola proxima, & ad Atticum epistola 16.lib.4. CONSILIVM uarium 3 in-  
 diſces non omnes boni, non omnes improbi. QVAESITOR 3 qui de maiestate quaerebat, qui quaeficio  
 ni praecorat, praetor Alſius. quaefitor est quicunque de aliquo quaerit crimine etiam si praetor non fit  
 itaque C. Junium, qui de Oppianici ueneficio, accusante Cluentio, quaefierat, Pedianus quaefitorem ap-  
 pellaſt: cum tam eniſ praetor non esset, ut pro Cluentio declarat oratio. praetor igitur omnis quaefitor  
 est, praetor urbanum, qui numquam quaerit, sed tantū ius dicit, quaefitor autē non omnis est praetor.  
 quod in libro de legibus Romanis demonstratū est. GRAVIS & firmus 3 quem nihil moueat, nihil flectat

Locum

**L**OCVM tamen & etiam si de maiestate absoluatur; fore tamen video, ut aut de repetundis, aut de ambitu damnetur. itaque omnino locum in ciuitate non habebit: ibit in exsulium. **M**ODERATVM & non nimis cupidum. testis enim fuit, praeterea quieuit, epist. ult. **L**ENISSIMVM & quod euenerit, aequo animo feram. **D**icitur vero, & subtilius, philosophicis quaestionebus magis referuntur. **D**ECLAMATORIO & in quo illum rhetor Paconius exercet: quod potius in quadam uerborum copia, quam in sententiarum acumine, consistit. **M**ERCES & amoris augendi erga me tui. epistola huius libri prima. **S**PE & tui. di-  
andi, uel ex praeda bellica, uel e Caesaris liberalitate.

*Marcus S. D. Quinto Fratri.* 4.

**G**ABINIUS *absolutus* est. omnino nihil accusato-  
re Léitulo, subscriptoribusq. eius infantius: nihil  
illo consilio sordidius sed tamen, nisi incredibilis conte-  
rio, preces Pompeij, dictatura etiam rumor plenus ti-  
moris fuisse, ipsi Lentulo non respondisset; qui cum il-  
lo accusatore, illoq. consilio sententijs condemnatus sit  
XXXI cum LXX tulissent. est omnino tam grani fama  
hoc iudicium, ut uideatur reliquis iudicijs periturus,  
& maxime de pecunijs repetundis. sed nides nullam  
esse rem nullum senatum, nulla iudicia, nullam in ul-  
lo nostrum dignitatcm. quid plura de iudicibus? duo  
praetorij federunt. *Domitius Calvinius*: is aperte ab-  
soluit, ut omnes uiderent: & *Cato*: is, diruptis tabellis,  
de circulo se subduxit, & Pompeio primus nunciauit.  
Aut non nulli, item *Sallustius*, me oportuise accusa-  
re, his ego iudicibus committerem? quid essem, si me  
agente esset elapsus? sed me alia mouerunt. non pu-  
tasset sibi Pompeius de illius salute, sed de sua digni-  
tate mecum esse certamen: in urbem introiisset: ad ini-  
micitias res uenisset. cum *Aesernino Samnite Pa-*  
*cideianus* comparatus uiderer: auriculam fortasse mor-  
dicus abstulisset: cum Clodio certe rediisset  
in gratiam. ego uero meum consilium, si praesertim  
tu non improbas, uehementer approbo. ille, cum a me  
singularibus meis studiis ornatus esset; cumq. ego illini  
bil debemerem, ille mihi omnia; tamen in rep. me a se  
dissentientem non tulit; (nihil dicā grauius) & minus po-  
tens eo tempore, quid in me flore: tem posset, ostendit.  
nunc, cum ego ne curem quidem multum posse, res qui-  
dem publica certe nihil posbit, unus ille omnia: cum il-  
lo ipso contenderem? sic enim faciendum fuisse.  
non existimo te putare id mibi suspicendum fuisse. Al-  
terutrum, inquit idem *Sallustius*: defendisses, idq.  
Pompeio contendentii dedisses. etenim uehementer  
orabat. lepidum attingit *Sallustium*, qui mibi aut  
inimicitias putet periculosas subeendas fuisse, aut  
infamiam sempiternam. ego uero hac mediocritate  
detecto. Ac mibi illud incundum est, quod, cum te  
stimoniū secundum fidem, & religionem grauiſime  
dixiſsem, reus dixit, si in ciuitate licuisset sibi esse,  
mibi se satisfacturum; neque me quidquam interro-  
gauit. De uersibus, quos tibi a me scribi uis, deest mi  
hi quidem opera, quae non modo tempus, sed etiam  
animum uacuum ab omni cura desiderat: sed abest  
etiam εὐθυραιός. non enim sumus omnino sine cu-  
ra uenientis anni, etiā sumus sine timore. simul &  
illud, (sine ulla mehercule ironia loquor) tibi istius  
generis in scribendo priores partes tribuo, quam mi-  
hi. De bibliotheca tua Graeca supplenda, libris com-  
mutandis, Latinis comparandis, ualde uelim ista con-  
fici, praesertim cum ad meum quoque usum speſtent.  
sed ego, mibi ipſi ista per quem agam, non habeo. ne-  
que enim uenalia sunt, quae quidem placeant, & con-  
fici nisi per hominem & peritum, & diligentem non  
possunt. Chrysippo tamen imperabo, & cum Tyran-  
nione loquar. De fisco quid egerit Scipio, quaeram.  
quod uidebitur rectum esse, curabo. De Ascanione, tu  
uero, quod uoles, facies: me nihil interpono. De suburba-  
no, quod non properas, laudo: ut habeas, hortor. Haec  
scripti ad IIX. Kal. Nov. quo die ludi committebantur,  
in Tusculanum proficiens, ducensq. mecum Ciceronē  
meum in ludum discendi, non lusionis, ea re non longius,  
quam uellem, quod Pontinio ad triumphum ad  
III. non. Nov. uolebam adesse. etenim erit nescio quid  
negotiali. nam Cato, & Sennius praetores prohibitu-  
ros se minantur: nec, quid possint, scio. ille enim & Ap-  
pium consulem secum habebit, & praetores, & tribu-  
nos pl. sed minantur tamen, in primisq. Ap. Σεπτ. Q.  
Scacuola. Cura, mi suauissime, & carissime frater,  
ut ualeas.

## EXPLANATIO

Iisdem consulibus.

**A**BSOLVTVS & de maiestate. **S**ORDIDIVS & improbus. sic ad Atti. epist. 16. lib. 4. de iisdem, Iudi-  
catis. hic igitur iudices timor commouit. quod in ad Atticum epistola confirmatur ab his uerbis: Est no  
nullus odor dictatura, sermo quidem multus, qui etiā Gabiniū apud timidos iudices adiuuit. XXXI I. &  
in antiquis libris, XXII I. ego, XXXI I. ex epistola ad Atticum 16. l. 4. LXX in oratione in Pisonem LXXV. cō-  
memorat. **R**ELIQVIS iudicij & de repetundis, de ambitu, supra. **P**ERITVRVS & quod euenerit. damnatū enim  
Dio scibit lib. XXXIX. **S**EDERVNT & de iudicibus proprie. passim exempla in Ciceronis orationibus. Et, iu-  
dicasse praetorios, ne miremur: cū uniuersa iudicū sortitio de tribus ordinibus a quaestoribus urbanis  
heret, altera dcinde sortitio a singulis praetoribus. ita non modo praetorii, uerū etiā cōsulares interdū,

una cum ijs, qui nullos gesserant magistratus, iudicabant. APERTE & ergo praetorius homo & improbus, qui Gabinium, manifestae culpae reum, absoluere; & impudenter improbus, qui sic absoluere, ut omnes uiderent: cum ceteri sententias teste ferrent. ex quo, quae tum fuerit forma reipublicae, quam inquinata uirijs, quam non similis antiquae, licet existimare: cum Caluinus, qui cum consulibus turpisima pactione coterat, quam C Memmius, eiusdem pactionis particeps, in senatu recitauit; qui Gabiniu, cuius crimina luce clarus patebant, a parte absoluere, consul tamen fuerit anno sequenti. CATO non is, qui postea Uticensis dictus est. erat enim hoc anno praetor, ut in prima huius libri epistola demonstratum est. praetores autem in aliorum praetorum consilio iudices sedisse, non est ut credi possit. Accedit illa ratio, quod, uir omnium optimus, & constantissimus cum esset, numquam adulandi gratia, Gabinium absolutum primus Pompeio nuntiasset, est igitur alius Cato, uel Porcius, uel Hostilius; qui sua sententia Gabinium uidetur absoluisse. de C. Catone, qui tribunus pl. fuit Marcellino & Philippo cos. non licet intelligi, non enim uno tantum anno post tribunatum gerere praeturam potuit. DIRVTIS & malim diremptis, pro, discretis, dinumeratis: ut, quae absoluissent, quae damnassent, cognosceretur. non enim discessit Cato, nisi postea quam, tabellis dinumeratis, Gabinium uidit absolutum. eademq. coniectura duclus, legendum credidimus in oratione pro Plancio dirempto, non direptio, sic Lucanus lib. v. Et non admissae dirimi suffragia plebis, sic apud Varrorem l. 3. de re rustica: dum dirimuntur suffragia, uillae publicae utamur umbra. CIRCVLO & ubi iudices circa praetoris tribunal sedentes, sententias tulerant. POMPEIO & extra urbem, nam erat cum imperio, id confirmant illa, quae paullo post se quuntur, uerba: In urbem introisset, & Dio lib. xxxix. non affuisse Pompeium tradit: cum enim ad hoc iudicium uenire uoluisset, paulloq. tardior fuisset, ad urbem iudicij exitum exspectasse. NVNTIAVIT & cupiens cupienti. COMMITTEREM & caussam. Quid essem, & quam apud homines turpis? ELAPSUS & non hic tantum, sed alibi saepe hoc uerbum pro, absolutus, usurpatum. De sua dignitate & quasi ego uellem experiri, uter plus ualeret, ipse ad absolutionem, ego ad condemnationem Gabini. INTROISSET & quod, me accusante, plus impendere periculi Gabiniu uideret, quam accusante L. Lentulo. nunc n. in urbem non introiit: me accusante introiit, sicuti ante introierat, ut laudaret P. Sexium, cuius rei mentio fit ep. fam. 11. impetrabant hoc, opinor, a senatu, qui erant ad urbem cum imperio. Cum Aesernino & insigne par gladiatoriū inductum uideretur, ut Pacideianus, cum Aesernino pugnatur: de quibus Lucilius poeta, uide libellum de optimo genere oratorum. AVRICVLAM & quod inter pugnatib, ubi ad complexum uentum est, quandoque contigit, non discedit a similitudine gladiatorum. CORDIO & inimico suo, ut constat ex ep. 11. 1. 11. MEVM consilium & quod Gabinium eam ob caussam maxime non accusauerim, ne Pompeium offendicerem. SINGULARIBVS & cum & praetor Maniliam rogationem, de committenda Pompeio belli Mithridatici cura, luculentia, quae exstat, oratione suaserit, & confit, Mithridatico bello confecto, supplicationem ei diuerum duodecim decreuerit, ep. fam. 12. & in oratione de provincijs. DISSENTENTIUM Cicero pro republica loqueretur, contrā Pompeius, Caesar, Crassus ad suam potentiam omnia referunt. Non tulit offensus enim ob eam caussam, eiici me, contra quā pro miserat, in exsilio a Clodio pausus est. Non dicam grauius? Non dicā, quod uere possem, prodidit, eius enim in me perfidiam leuiter notatam uolo. MINVS, potest, nam postea, discessu Caesaris, & Crassi, potentia Pompeii ad summum peruenit. ALTER VTRVM si Pompeii cauila, Sallustius aiebat, Gabinium accusare noluerat eiusdem caussa defenduisse. DEFENDISSE & elegans & antiqua locutio, pro eo, quod nul go dicunt, defendere debebas, sic l. 3. in Vertem. Voconia lex te uidelicet delectabat: imitatus eis illū ipsum C. Voconium, & de off. 11. 1. Male Curio, cum caussam transpadanorum aequā esse dicebat, semper autem addebat, Vincat utilitas, potius diceret, non esse aequam, quia nō esset utilis reipublicae, quā cum aequam esse diceret, non esse utilem fateretur: CONTENDENT & uehementer oranti: ut se ipse proxime sequentibus uerbis exponit. INIMICITAS & cum Pompeio, si Gabinium accusarem. INFAMIA & si defendarem. HAC mediocritate & cum neque acusauerim, neque defenderim, sed medianum quasi uiuam tenerim, circa periculum, & infamiam. Infra, in ultima epistola, illum, inquit, neque ursi, neque leuati: testis uehemens fui: praeterea quiuei. GRAVISSIME & uehementer: nam infra, Testis, inquit, uehemens fui. In ciuitate & absoluotus esset, damnati enim de maiestate exulabant. SATISFACTVRM & gratiam relaturum, quod eum non accusassem, testimonio contentus. NEQUE me interrogauit & hoc faciebant rei, quo testes in mendacio deprehenderent. sic apud Pedianū, interrogatos a reo Milone testes, quos accusator produxerat, legimus, fuit igitur honorificum Ciceroni, a reo nihil interrogari: quasi nihil, nisi secundum fidem & religionem, dixisset. COMMUTANDIS & quia uel mendose, uel non belle scripti. TIBI scribi qui bus uteris, ut tuis, lupra in ep. ult. lib. 11. in extremo, & prima lib. 11. OPERA & operam in hac re ponere non possum. οὐδενίας μόνον furor ille, qui poetis diuinitus inspiratur, quod in epistola sequenti dixit, Non satis commouetur animo ad ea, quae uis, cauenda. SINE cura & timebat omnino, ne praetor esset anno leuenti P. Clodius. id. n. erat ei legitimus annus, cum aedilis fuisset Marcellino & Philippo cos. CHRYSIPPO & hic, & Tyrannio serui erant litterati, Tyrannio etiā Quinti filii, magister, supra, & ad Antīū, Fisco & acriario, hac de re extrema epistola sequēti his uerbis: Ab aerario puto confectū esse, dū absum, quaerere praeterea, quid plane rei sit, incepti hominis esset, uereq., quod aiunt, nodū in syrpo quaerētis. DE Acanione & seruo fortasse manumittēdo, quod Cicero nō uidetur probare, sicuti nec de Statio proba uerat. De suburbano & emēdo, de quo scriperat Quintus ad Antīū, ep. huius l. 1. IIX. Kal. Nou. & forte, VI. nam in ierere Romano Kalendario primū uideo ludoru Victoriae diem vi. Kal. Nou. COMMITTEBANT VURGOMMITTI ludos, pro incipi, ignorat, opinor, nemo. QUAM uellem & placet haec loquendi ratio.

Non

Non longius, quam uellem. perfendatur sententia: inesse quiddam, quod terreter aures offendat, sentietur. forte abundat. Quam uellem.. PONTINIO § C. Pontinio, de Allobrogibus triumphaturo. praetutram gessit Cicerone consule. eiusdem in Cilicia legatus fuit. I II. Non, § in ad Atticum epistola 16.lib. 4.est, 1V. Non. SERVILIVS § Isaurici filius. Secum habebit § vide nostrum commentarium. quo in loco illud expoſuimus. Erit cum Pontinio Appius consul. ep. 16.lib. 4. ἀπὸ τύλως Martem spirans. dictum de ijs, qui terrible quiddam uultu praeſerunt. sic in Atticum ep. XI.lib. 15. Hoc loco, fortibus sane oculis, Calſius, (Martem spirare dices) se in Siciliam non iturum. ἀπὸ βλέπων, dixit Aristophanes. SCAEVOLA § tribunus pl. ad Atticum ep. 16.lib. 4.

Marcus S. D. Quinto fratri.

5.

**Q**UOD quaeris, quid de illis libris egerim, quos, cum essem in Cumano, scribere insitui: non cefani neque cesso: sed saepe iam scribendi totum consilium, rationemq. mutauit. nam, iam duobus fassis libris, in quibus nouendialibus ijs ferijs, quae fuerunt Tuditano, & Aquillio cos. sermo est a me institutus Africani, paullo ante mortem, & Laelij, Phili, Manili, Q. Tuberonis, & Laelij generorum, Fannij, & Scaeuolae; sermo autem in nouem & dies, & libros distributus de optimo statu ciuitatis, & de optimo ciue; (sane texebatur opus luculenter; hominumq. dignitas aliquantū orationi ponderis afferebat) hi libri cum in Tusculanis legerentur, audiente Sallustio, admonitus sum ab illo, multo maiore auctoritate illis de rebus dici posse, ipse loquerer, de rep. praesertim, cum essem non Heraclides Ponticus, sed consularis, & is, qui in maximis uersatis in rep. rebus essem: quae tam antiquis hominibus attribuerem, ea uiam iri ficta esse: orationum sermonem in illis nostris libris, quod eset de ratione dicendi, belli a me remouisse, ad eos tamen retulisse, quos ipse uidissim: Aristotelem denique, quae drep. & praestante uero scribat, ipsum loqui. commitem, & eo magis, quod maximos motu. nostrae ciuitatis attingere non poteram; quod erant inferiores, quam illorum actas, qui loquebantur. ego autem id ipsum tum eram secutus, ne in nostra tempora incurrens, offendarem quampiam. nunc & id uitabo; & loquar ipse tecum; & tamen illa, quae institueram, ad te, si Romanum uenero, mittam. puto enim te existimaturum, a me libros illos non sine aliquo meo stomacho esse relictos. Caesaris amore, quem ad me perscribis, unice delector: promissi ijs, quae ostendit, non ualde pendo; nec honores sitio; nec desiderio gloriam: magisq. eius uoluntatis perpetuitatem, quam promisorum exitum, ex spe eti: uiuo tamen in ea ambitione, & labore, tanquam id, quod non postulo, exspectem. Quod me de faciendis uerbis rogas: incredibile est, mi frater, quam egeam tem pore: nec sane satis commoueor animo ad ea, quae uis,

canenda, στορέτες uero, & ea, quae ipse ego ne cogitando quidem consequor, tu, qui omnes isto eloquendi, & exprimendi genere superasti, a me petis? facerem tamen, ut possem: sed, quod te minime fit, opus est ad poema quadam animi alacritate, quam plane mibi tempora eripiunt. abduco equidem me ab omni reip. cura, dedoq. litteris: sed tamen indicabo tibi, quod mehercule in primis te celatum uolebam. angor mi fuauisim frater, angor, nullam esse remp. nulla iudicia, nostrumq. hoc tempus aetatis, quod in illa auctoritate senatoria florere debebat, aut forensi labore iactari, aut domesticis litteris sustentari. illud uero, quod a puero adamaram,

Αὶνε ἀγιστέ τε, καὶ οὐ πείρωχος ἐμπειρευτὴ λόγων, totum occidisse: inimicos a me partim non oppugnatos, parim etiam esse defensos: meum non modo animum, sed ne odium quidem esse liberum: unumq. ex omnibus Caesarem esse inuentum, qui me tantum quantum ego uellem, amaret; aut etiam, sicut alii putant, hunc unum esse, qui uellet. quorum tamen nihil est eiusmodi, ut ego me non multa consolatione quotidie leniam. sed illa erit consolatio maxima, si una erimus. nunc ad illa uel granissimum accedit tui desiderium. Gabinium si, ut Pantha putat oportuisse, deseudisem, occidisset. qui illum oderunt, (iij sunt toti ordines) propter quem oderunt, me ipsum odisse coepissent. tenui me, ut puto, egregie: tantum ut facerem, quantum omnes uiderent. & in omni summa, ut mones ualde me ad otium, pacemq. conuerto. De libris, Tyranno est ceſſator, Chrysippo dicam: sed res operosa est, & hominis per diligentis, sentio ipse, qui in summo studio nihil aſsequor, de latinis uero quo me uertam, nescio: ita mendose & scribuntur, & ueneunt: sed tamen, quod fieri potuerit, non negligam. Crebrinus, ut ante ad te scripti, Romae est: & qui omnia adiurant, deberet tibi ualde renunciant. Ab acario puto confectum esse, dum absum.

## EXPLANATIO

Iisdem consulibus.

**D**E illis libris § de republica, libro 11. epistola, duas. NOVENTI ALIBVS § nouem dierum, ut proxime patebit. AFRICANI § minoris, ut ex Macrobo colligitur. LAELII § duo C. Laelij sue, alter maioris Africani, alter minoris amicissimus, hic cum Q. Seruilio Caepione, ille cum L. Cornelio Asiatico consul. nunc de posteriore fitmento. PHILI § P. Furij Phili, qui consul fuit cum Sex. Attilio Serano. MANILII § M. Manili, qui cum L. Marcio Censorino consul fuit. TUBERONIS, § Q. Aelij

Aelij Tuberonis; qui minoris Africani sorore, L. Aemili Paulli filia, natus est, in oratione pro Murena, & alibi. FANNI, & Scaeuolae 3 quos in libro de amicitia cum socero colloquentes facit. Rutilium hic non nominat; de quo mentionem facit ad Atticum epist. 16.lib.4. NOVEM dies 3 feriarum. ideo Nouemdiales dicti. LIBROS 3 quos tamen in sex postea contulit. SALLUSTIO 3 de quo in epistola proxima superiore. Si ipse loquerer 3 ut Aristoteles in politicis, omisso dialogo. HERACLIDES Ponticus 3 mollis philosophus, ut pro, Ponticus, Pompicus vocaretur. Laertius. CONSULARIS 3 quem oratio de statu ciuitatis optimo, deq. optimo item cive decere uidetur. dignitas enim personae pondus afferit orationi. NOSTRIS libris 3 tribus de oratore. BELLE 3 cum causa: ne uiderer mihi perfectam dicendi rationem arrogare. VIDISSEM 3 uidit enim Cicero, ac saepe dicentes audivit, Crassum, Antonium, Scaeuolam, Catulum, Caesarem, Cottam, Sulpicium, quibus tribuit sermonem de ratione dicendi: at uero Africanum, Laelium, Philum, Manilium, Tuberonem non uidit: unum Scaeualam puer cognouit: ut est in libro de amicitia. De rep. & praefante uiro 3 scribit enim in suis, qui exstant, politicis libris Aristoteles & de optima rep. & de optimo cive. quales erant, qui perierunt, & Ciceronis libri. itaque dixit proxime, De optimo statu ciuitatis, & de optimo cive. COMMΟVIT me 3 suum tamen institutum Cicero persecutus est. loquitur enim in somnio Scipionis Scipio ipse, Laelio respondens, querenti nullas Nasicae, qui Ti. Gracchum, perniciose de re publica cogitantem, occiderat, statuas in publico locatas. OFFENDEREM quempiam 3 cum attingerem maximos motus nostrae ciuitatis. ID uitabo 3 ne quempiam offendam. LOQUAR ipse tecum 3 te & me de rep. loquentes inducam. quod tamen, ut proxime ostendi, non fecit. QYAE institueram 3 duos libros, quos iam nominauit. ROMAM 3 scripsit igitur epistolam in aliquis uillarum suarum. STOMACHO 3 quod ingenij sui quasi partum non libenter imperfectum abiecerit. RELICTOS 3 omissos; cum me Sallustij sermo commouisset. IN ea ambitione 3 nullam enim ex ijs rebus, unde parantur honores, praetermitto: cum de honoribus tamen ipsis, quos mihi Caesar promittit, non laborem. epistola huius libri ante ultima m. VERSIBVS 3 quos edas pro tuis. epistola, que antecedit proxima. COMMOVEOR animo 3 abest ιθονισμός. sic enim dixit in proxima. CANENDA. 3 aptius, quam scribenda: quod poetarum, qui animo commoueantur, quibus scilicet ιθονισμός ille adsit, canere proprium est. ιποθέσεις 3 poematis argumentum: res, de quibus scribatur. EA 3 hoc non ad ιποθέσιν, sed ad uersuum elegantiam spectat, quod indicant proxima uerba: Tu, qui omnes &c. IPSE ego 3 cum mea causa conor: nedum consequi pro te possim. NE cogitando quidem 3 tu autem ita hacc a me petis, quasi uel sine cogitatione possim praestare. ISTO 3 uersibus faciendis. ANIMI alacritate 3 tria iam, quae ad poema requirantur, attigit, ιθονισμόν, otium, animi alacritatem. TEMPORA 3 quia video, nullam esse remp. nulla iudicia. AVCTORITATE 3 ob magistratus administratos, maximisq. res pro republica gestas. SENATORIA 3 aequum enim erat, ut homo hoc actatis, ijs honoribus, iis rebus gestis, ea tantum, quae in senatu grauitate agenda sunt, curarem. FORENSI labore 3 agendis in foro caussis. IACTARI 3 quod eum, qui summos honores gesserit, summa in remp. merita contulerit, decere non admodum uidetur. iactari, enim grauitatem non habet. DOMESTICIS 3 quibus domi operam do. SVSTENTARI 3 malis rei. fractum. hoc enim eo uerbum spectat. οὐέρ αριστείην 3 uersus Homerius in Iliadis Z, a Glauco pronunciatu. sed integra duobus uersibus sententia comprehenditur.

„ πέμπτε δέ μὲν τριῶν, γαλιτικά πόλειτελεύτη, „ αἱ ἐραριστείην, γαλιτικά πέμπτην εἴμενας αἱ λαων. id est:

misiit autem me ad Troiam, & mihi ualde multa mandauit, semper strenue fortiterq. agere, & aliis praestare. TOTVM occidisse 3 nullo prorsus modo fieri. cur? quia, cum inimicos suos partim non oppugnarit, ut Gabinius Pompej causa, partim etiam defenderit, ut Vatinium propter Caesarem; quod utrumque in his epistolis iam demonstratam est; nimur plane illud amisit, οὐέρ αριστείην. NON modo animum, 3 non modo, inquit, libere sentire non possum, sed nec odisse quos debeo; ne scilicet eorum, qui nunc principes in rep. sunt, animos offendam. QVI uellet 3 quasi unus Caesar non alicuius commodi spe, sed uere, atque ex animo, planeq. sua sponte amaret; alii simule, & astute. quod de Pompeio creditum est: (ideo dixit, sicut alii putant) qui Ciceronem, quem, contra datam fidem, pelli pausus erat, ideo reuocauit ab exilio, ut eius opera cum senatu rediret in gratiam. Plutarchus. MVLTA consolatione 3 domesticis litteris. quod proxime dixit. & hic, eodem spectans, inculit, Quotidie. quotidiana enim tractatio litterarum. PANSA 3 C. Vibius Pansa, qui consul cum Hirtio fuit, anno post Caesaris necem proximo. is, opinor, in exercitu Caesaris cum Quinto locutus erat de Gabinius defendendo. scripsit Quintus; responder Marcus; & rationem afferit, cur eum non defendere. CONCIDISSEM 3 collectam multis praecitate factis gratiam bonorum, hac una re profudissem, ac perdidissem. TOTI ordines 3 non modo omnes ordines. (hi tres erant, senatorius, equester, plebeius) sed omnium ordinum omnes homines. PROPTER quem oderunt, 3 odisse coepissent: qui me simul cum rep. crudelissime ab illo consule uexatum recordantur. TENVI me 3 progressus neque in haec partem sum, neque in illam: non accusavi, non defendi. VIDERENT 3 dixi in illum, quae nota erant: praeterea quieui. IN omni summa 3 quidquid ago, orium meum specto: iniurias contentionesq. fugio. DE libris 3 de biblioteca graeca supplenda, libris commutandis, iazinbis comparandis. supra. IN summo studio 3 quod ipse in curanda mihi bibliotheca pono. CRIBVS

**P**RIVS 3 malo sic, quam, ut in impressis libris, Cerbrius: primum, quia Bessarionis librum, quem sequar, habeo: deinde, quia conuenit a creber ita deductum Crebrius, ut a ruber Rubrius. **Q**ui omnia adiurant 3 qui cogunt sibi credi, iure invando ad assuerationem adiuncto. **R**ENVNCIANT 3 mihi, dum in illis meis sum, nam infert, Dum absit, forte a **Quincto** Crebrius hic beneficia acceperat in Gallia. monet enim me illud, Romae est. **A**b aerario 3 quod supra dixit in proxima, De fisco quid egerit Scipio.

*Marcus S. D. Quincto Fratri. 6.*

**Q**VATTVR tragoedias XVI. diebus absoluisse 70, noli putare ad arrogantiam minuendam solum es-  
cum scribas, tu quidquam ab alio mutuaris 3 se dictum, uerum etiam ut bona nostra norimus. sed &  
& uelos quaeris, cum Electram, & Troa-  
istas, & Erigonam mihi uelim mittas. Habes duas epi-  
dem scripseris 3 cessator esse noli, & illud, yw̄di seau-  
stolas proximas. **Vale.**

## EXPLANATIO

Iisdem consulibus.

**A**B ALIO 3 a me scilicet: quem de uersibus tibi scribendis saepe rogas, supra quattuor in locis.  
**U**elos quaeris? 3 laudem aliunde quaeris; cum in te ipso sit, unde illam pares? **I**STAS 3 Ele-  
ctram, & Troadem. **E**RGONAM 3 quam, a **Quincto** ante missam, quod ex huius libri epistola 1. li-  
quet, abellarius amiserat: quod epistola ultima declarat. **P**ROXIMAS 3 hanc breuem, & proximam  
superiore, utramque in eundum fasciculum conieetas, nam, cum illam scripsisset, atque obsignasset;  
alteram hanc, litteris a **Quincto** acceptis, illico scripsit, breuiorem omnino, quam ut uideri posset ad  
fratrem trans alpes usque missam: uerum, si, cum proxima simul missam, intelligamus, tollitur admiratio.  
Aut dicamus epistolam falso putari: particulam enim potius epistolae superioris esse. quod eo etiam  
uerisimilius uidetur, quia, cum dixit, Epistolas proximas, epistolam non appellaret sex aut septem uer-  
sus, quod si ita est, epistolas proximas uocabit, duas superiores, quia simul utramque miserit. Ac uero,  
ne item ea, quae sequitur, epistola cum hac sit coniungenda: ut eam de se ipso scripserit Marcus, supe-  
riora omnia ad **Quincti** litteras responderit.

*Marcus S. D. Quincto Fratri. 7.*

**R**OMAE & maxime Appia, ad Martis, mira pro-  
luius: Crassipedis ambulatio ablata, borti, ta-  
bernae plurimae: magna uis aquae usque ad piscinam  
publicam. uiget illud Homeri.  
εὐ ματ' ὁ πορηνός, ὁ τε λαβρός τατού χάσιος οὐδεώ  
Ζδές. cadit enim in absolutionem Gabinij,  
οὐτε δῆν γένεσθαι τετεσάμενος χαλεπήγι:  
Οἱ δένει εἰς αγορὴν σκολίας κρίγωσι θέμιστας,

**E**x dñe dñi xvi e'λεσσοι, Señy o'πιν οὐκ ἀλέγοντες.  
sed haec non curare decreui. Romanum cum uenero, quae  
perspexero, scribam ad te, & maxime de dictatura; &  
ad Labienum, & ad Ligurium litteras dabo. Hanc  
scripsi ante lucem, ad lychnuchum ligneolum; qui mibi  
erat pericundus, quod cum te aiebant, cum esses Sa-  
mi, curasse faciendum. **Vale, mi stauissime, &**  
optime frater.

## EXPLANATIO

Iisdem consulibus.

**A**PPIA, ad Martis 3 Appia uia, ad aedem Martis. & Appia uia, ad portam Capenam, extra urbem.  
ea ducebat usque Brundisium, omnium uiarum celeberrima, ab Ap. Claudio censore munita.  
Martis autem templum, quod in Appia uia fuit, significat. nam de altero etiam intra urbem legimus.  
PISCINAM publicam 3 eam P. Victor collocat in regione XII. **V**IGET illud Homeri 3 accidit plane,  
quod in illis uersibus, Iliados π, dixit Homerus: Iouem magnos imbres fundere, cum est hominibus,  
iustitiam non colentibus, iratus. uidetur enim ideo proluuiem hanc immisisse, quia Gabinium contra  
leges absolutum inique ferat. **H**AEC 3 quae fiunt in rep. non recte. **D**E dictatura 3 ad quam res  
uidetur spectare. discordis enim ciuium comitia producuntur: quas dictatoris potestas sedabit. su-  
pra, & infra, & ad Att. epist. 16. lib. 4. **L**ABIENVM 3 T. Atium Labienum, Caefaris in Gallia legatum, qui  
postea

postea ciuili bello ad Pompej partes transiit. tribunus pl. legem tulerat, auctore Caesare, ut sacerdotis collegijs crepta, populus mandaret. L I G V R I V M 3 A. Ligurium, Caesaris familiarem: de quo ad Atticum epist. 9. lib. x. & fam. 263. D A B O 3 uidetur hoc Quinctus a Marco petijisse; ut eorum, quos maxime Caesar diligenter, amicitiam litteris tueretur. LYCHNVCHVM 3 quo lucerna sustinetur. S A M I 3 cum, Asiam pro praetore administrans, Samum uenisse. fuit enim Samus in prouincia Quincti, epistola 1. libri 1.

Marcus S. D. Quincto Fratri. 8.

**S**VPERIORI epistola quod respondeam, nihil est: quae plena somnaci, & querelarum est, quo in genere alteram quoque te scribis pridie Labieno dedisse, qui adhuc non uenerat. de leui: enim mibi omnem molestiam recentior epistola: tantum te & moneo, & rogo, ut in istis molestijs, & laboribus, & desiderijs recordere, consilium nostrum quod fuerit profectio[n]is tuae, non enim comoda quaedam sequebamur parva, ac me diocria, quid enim erat, quod dictum nostro emendum putaremus? praesidium firmissimum petebamus ex op[er]i, & potentissimi viri benevolentia ad omnem statum nostrae dignitatis. plura ponuntur in spe, quam in pecunijs: reliqua ad iacturam struuntur. quare si crebro referes animum tuum ad rationem & ueris consilij nostri, & spei; facilius istos militiae labores, ceteraque, quae te offendunt, seres, & tamen, cum uoles, depones. sed eius rei maturitas neque dum uenit, & tamen iam appropinquat. Etiā illud te admoneo, ne quid ullis litteris committas, quod si prolatum sit, molestie feramus. multa sunt, quae ego nescire malo, quam cum aliquo periculo fieri certior. Plura ad te uacuo animo scribam, cum, ut spero, se Cicero meus belle habebit. tu uelim cures, ut seia, quibus nos dare oporteat eas, quas ad te deinde litteras mittemus, Caesaris ne tabellarijs, ut is ad te protinus mittat, an Labieno. ubi enim illi sunt Nervii, & quam longe absint, necio. De uirtute, & gruitate Caesaris, quam in summo dolore adhibuisse, magnam ex epistola sua accepi uoluptatem. Quod me insitum ad illum poema iubet perficere: et si distentus cum opera, tun animo sum multo magis, quoniam tamen ex epistola, quam ad te miseram, cognoui Caesar me ali-

quid esse exorsum, reuertar ad institutum, idq. perficiam his supplicationem otiosis diebus: quibus Messallam iam nostrum, reliquosq. molestia leuatos uehementer gaudeo: eniq. quod certum consulem cum Domitio numeratis, nihil a nostra opinione dissentitis. ego Messallam Caesari praestabo, sed Memmius in aduentu Caesaris habet spem, in quo illum puto errare. hic quidem friget. Scaurus autem iam pridem Pompeius abiecit: res prolatae: ad interregnū comititia adducta: rumor dictatoris, iniucundus bonis; mibi etiam magis, quae loquuntur, sed tota res & timetur, & refregescit. Pompeius plane se negat uelle. antea ipse mibi non negabat. Hirrus auctor fore uidetur: o d[omi]n[u]s, quam ineptus, quam se ipse amans sine rivali. Crassum Iunianum, hominem mibi deditum, per me deterruit. uelit, nolit, scire difficile est. Hirro tamen agente nolle se non probabit. alio[rum] hoc tempore de rep. nihil loquebantur: agebatur quid[am] certe nihil Serrani Domestici filij funus perluctuosum, fuit. ad iv. kal. Dec. laudauit pater scripto meo. Numa de Milone. Pompeius ei nihil tribuit, & omnia Guttae dicitq. se perfecturum; ut in illo Caesar incumbat. beborret Milo, nec miria: & si ille dictator factus sit, p[ro]ne diffidit. intercessorem dictaturae si inuerit manu, & praesidio suo. Pompeium meruit inimicum; si non inuerit, timet, ne per uim perforatur. ludos apparat magnificientissimos, sic inquam, ut nemo sumptuosiores, fulante, bis, terq., non postulatus; uel quia minus magnificum dederat: uel quia facultates non erant: uel quia magister: uel quia potuerat magistrum se, non aedilem, patrare. Omnia fere scripsi. Cura, mi carissime frater, ut ualeas.

## E X P L A N A T I O

### Ijsdem consulibus.

**S**VPERIORI epistola 3 tres Quinctus ad Marcum epistolas dederat, primam Labieno, qui non dum uenerat; alteram, quam Marcus ante primam accepit; tertiam, quam ultima Marco est redditu. SROMACHI, & querelarum 3 ex militiae laboribus, ex urbis desiderio. addi, ex periculo illo maximo, in quo his temporibus, Ambiorigis fraude, uersatus est. Caesar comm. lib. v. MOLESTIJS, & laboribus 3 molestias animi, laboribus corporibus. DESIDERIJS 3 urbis, & tuorum. DISCESSV nostru 3 ut alter ab altero disungeremur. PLURA ponuntur in spe 3 plus in spe constituitur emolumenti, & praesidijs, quam in pecunijs: quas in hac legatione potes colligere. RELIQUA 3 praeter spem: aut, praeter ea, quae iam habemus, a nobis ipsis parta. quaecunque, inquit, struas, ad iacturam struuntur; id est, eiusmodi eruntur aliquid ex iis quotidie possis amittere. at Caesaris praesidium erit firmissimum: idq. perfidius ad omnem statum nostrae dignitatis. CVM uoles 3 arbitratu enim tuo in urbem redire tibi licet. PROLATVM 3 diuulgatum. forte non nihil in superiori illa epistola scriperat Quinctus, quod Caesar si nosset, non aequo animo ferre potuerit: ut, se non ea, quae sperauerat, a Caesare comoda obtinere. quod etiam illa uerba uidentur significare: Non enim comoda quaedam sequebamur pati, ac me-

ac mediocriā. & illa: Plura ponuntur in spē, quam in pecunijs. LABIENUS 3 uidetur Labienus aliquan-  
diu Romae fuisse mansutus; cum loquatur Cicero de multis epistolis, quas ad Quintum deinde dar-  
tus erat. NERVI 3 ubi nunc hibernas cum legione. Cæsar comm.lib.v. In summo dolore 3 ob legatos cū  
legione, & cohortibus caelos. comm.lib.v. POEMA 3 non illud, de quo in epist. huius lib. prima. dixit: n.  
se incidisse, iam compositum, & consecutum, at hoc habere se scribit; neque compositum, sed institutum  
appellat. neque uero illud alterum poema significat, de quo in epistola ultima libri 11. in extremo, nam  
ad Cæsarem id non uidetur esse missum. sed illud, de quo in eiusdem libri epistola, Ad 1 v. non, in qua  
sunt haec uerba: Quoniam scribis poema ab eo nostrum probari. quod non esse id, de quo in extrema  
eius libri epistola fit mentio, inde patet, quia in ea, quae incipit, Ad 1 v. non, indicat se cognoui se ex lit-  
teris Quinti, poema suum a Cæsare probari: in ea uero, quae ultimum in eo libro locū obtinet, rogar  
fratrem, ut iudicium Cæsaris de suis uersibus perscribat: nihilq. omnino ea de re Quinto significat ante  
se accepisse, quod ait: Sed heus tu, celari uideor a te, sunt igitur tria Ciceronis poemata, quae in his ad  
fratrem epistolis nominantur; unum ad Cæsarem, de quo non absoluto, sed in instituto legitur in epistola,  
Ad 1 v. non, lib. 11. & in hac huius ultimi libri ultima: alterum, de quo in extrema eius epistolae parte,  
quae librum 11. concludit: quod non esse ad Cæsarem missum, probauimus: tertium, & ipsum ad Cæ-  
sarem: quod cum absoluisset, incidit, de quo in epistola huius libri prima. CVM opera, tum animo 3 fu-  
stra, non iisdem uerbis, idem dixit: Deest mihi opera, quae non modo tempus, sed etiam animum ua-  
cuum ab omni cura desiderat. SUPPLICATIONVM 3 quas Cæsari fortale ob Ambiorigem profliga-  
tum senatus decreuerat. OTIOSIS 3 per dies enim supplicationum lege non agebatur. ita otium illi  
a forensi labore futurum erat. ne cum populo quidem tum potuisse agi, indicat illud in epistola, Dede-  
ram ad te, lib. 11. Lentulus dies comitiales exemit omnes, nam etiam Latinae instaurantur: nec tamen  
decerant supplications. RELIQVSQVE 3 candidatos. MOLESTIA levatos 3 ambitus iudicio absolutos.  
id fore diuinavit in epistola ad Atticum 16. l. 4. inquit enim: Candidati consulares omnes rei ambitus.  
accedit etiam Gabinius. sed omnes absoluuntur. cum tamen nocentes iudicaret, ut in eadem ad eundem  
& hic in epistola huius libri 11. postea tamen Memmius, & Messalla damnati. ad Att. ep. 1. l. 6. Appianus  
lib. 11. fam. ep. 4. lib. 8. PRAESTABO 3 efficiam, si erit consul, ne quid agat in magistratu contra Cæsaris  
uoluntatem. ADVENTV 3 hociam exposuimus in epistola 11. huius libri. PRO errare 3 forte, quia Cæ-  
sare consulem nolet eum, quem sibi fuisse inimicum in praetura meminerit. Suetonius. etiam Dio lib.  
xxvi 11. tradidit, hoc ingenio Cæsarem fuisse, ut, quos accepta iniuria odisset, eos tamen illico non ul-  
ciceretur, itaque fieri potest, ut Memmius cum, delata superioris temporis memoria, sibi amicum fo-  
re crediderit in consulatu petendo. AB ECT 3 quem adiuuandum suscepit, ad Att. ep. 15. l. 4. RES prola-  
tæ 3 negotia dilata, ita loquebantur, cum illud tempus, quo feriari hominibus licebat, intelligenti, ite  
rate eadem non placet, diximus hac de re suis in commentario nostro in ep. ad Att. ubi rerum prolatio  
nominatur, ep. 12. l. 7. ADDVCTA 3 affirmat id Cicero quod et si pro certo habere non posse, (nam post  
id tempus, quo prolatae res dicebantur, dies praeterea multi supererant comitiales, quibus haberi comi-  
tia licet) omnino tamē ob ciuium discordias futurum uidet. LOQVNTVR 3 boni: de nimia Pompeij  
potentia, cui etiam dictatura deferretur, HIRRV 3 Lucceiae gentis, plebeiae. AVCTOR 3 opinor, quia de  
signatus tribunus pl. quod eo quoque, infra quod sequitur, uidetur confirmari: Hirro agente nolle fe-  
non probabit, ut omittam, quod magistratum ordo consentit. petiit enim aedilitatem post: & aedi-  
litas cur. post tribunatum pl. petebatur, ep. 2. 3. 4. 6. lib. 8. fam. FOR 3 cum inierit magistratum: cuius  
erat primus dies 1 v. id. Dec. ut iam diximus. SE ipse amans 3 qui etiam cum Cicerone, homine consula-  
ri, non dum ipse aedilicus auguratum biennio post, Pompeio 111. cos. petere sit ausus. CRASSVM Iunia-  
num 3 quae sit hic mea coniectura, dicam: ea probari debeat, nec ne, iudicium aliorum esto, libenter lege  
rem, Crassum Licinianum: ut, cum esset Licinius Crassus, in aliam postea familiam, adoptionis iure, tran-  
sierit, at quam familiam? opinor, Coeliām placet enim, hunc esse Coelium illum, qui in M. Coelij epi-  
stola ad Ciceronem, fam. 11. 4. Coelius Vicinianus male nominatur: cum, Licinianus, uideatur esse repo-  
nendum, & congruit hic de dictatura locus cum illo, nam hic uerbum, Deterruit, significat, eum, quod  
instituerat de dictatura, omisisse: in epistola uero M. Coelij, promulgatam ab eo de dictatore legem, scri-  
ptum est: Eundemq. crediderim esse Coelium illum, qui lib. iv. de bello ciuili Vincianus uocatur, men-  
doso, pro Licinianus. Praeterea, tribunū pl. hunc eodem anno cum C. Hirro fuisse, ideo credibile est, quia  
eodem etiam anno aedilitatem simul biennio post petierunt, quod ex ea, quam nominauit, M. Coelij epi-  
stola constat. Ut omittam, quod hunc ipsum, qui de dictatore Pöpeio egit, Lucilium uideo apud Plutarchū  
nominari, ut Liciniani nomen in Vicinianū, Lucilium, ob similitudinem facile uideatur abiisse. Neq. uero  
quidquā obstat, cur, et si Coelius ex Licinio sit factus, prioris tamen familiae nominibus Crassus Licinianus  
appellari non possit, nā Scipionis cognomen retinuit is, qui Magni Pöpeij soec fuit; qui tamen  
Cæcilius, adoptante Metello Pio, factus erat; & Lucullus, frater L. Luculli, cum Terentius Varro per ado-  
ptionem factus esset, quod supra probauimus, Lucullus tamen, nouo cognomine omisso, ueteri confer-  
uato, nominatur. PER me deterruit 3 mea opera Pompeius effecit, ut capitū de dictatura consiliū Crassus  
abiecerit. Hoc enim, & quae sequuntur, ad Pompeium, non ad Hirru, conuenit referri: si tamen is est, de  
quo Plutarchus, qui inito tribunatu egit de dictatore Pompeio. DETERRIT 3 opinor tamen, ab eo mox,  
post initum tribunatum, promulgatā legem de dictatore Pompeio. aut, Deterruit, cū iam legem promul-  
gasset, ante quam tribunatu pl. iniret. VEL IT nolit, 3 quia Pöpeius aliud sentire, & loqui solebat. ad Att.

ep.10.& 15.lib.4.& ep.1.lib.8.fam. AGENTE § ad populum, ubi magistratum inierit, in epistola, quae sequitur, Hirrus, inquit, parat. Non probabit § non persuadet hominibus, cum per eius amicum agatur. secutus est autem Hirrus Pompeium ciuii bello contra Caesarem. comm. lib. 1. quo in loco, Vl. cillē Hirrum, mendose legitur: cum potius, Luccium Hirrum, legendum uideatur. Lucciae enim gentis cognomen Hirrus fuit. fam. lib. 8. SERRANI. § gentis Atiliae. DOMESTICO. § cognomen aut Serrani ipsius, aut filii. SCRIPTO meo § cum orationem, ei a me scriptam de laudibus filii, legeret. NIHIL tribuit, § minime illi, anno sequenti consulatum petituro, studet, maxime uero Guttae. petiit anno sequenti consulatum Millo. et si non habita, propter dissensiones candidatorum, comitia, uel ex Pediano cognoscitur, uideo autem eum, interuersa praetura, consulatu petitisse: qui Lentulo & Metello cos. tribunatum pl. Pompeio & Cratfo aedilitatem gesserit; Caluino autem & Messalla consulatum petierit. GUTTAE § non habeo certum, quis hic sit Gutta, competitor Milonis in consulatu anno proximo futurus. Pedianus candidatos confulares tres dum taxat nominat, omnes plebeios, T. Annium Milonem, P. Plautium Hypsaeum, Q. Caeciliū Metellum Scipionem, Pompeii Magni sacerdotum. ILLA § Gutta ad consulatum efferendo. DIFFIDIT § se posse consulatum adipisci. INTERCESSOREM § tribunum pl. tribuno, rogationem de dictatore dicendo ferenti, intercedentem. multi autem intercessori uidebantur. epistola, quae sequitur. PER nim § spreta intercessione: q. d ante, quo anno C. Caesar, quo Pompeius consul fuit, euenerat. quod si uim ui repelle Milo, ualebit intercessio. LUDOS § ut eum honoraret mortuum, cuius legatam sibi testamento hereditatem creuerat, cui & munus dederat. SVMPTVOSIORES § scribit Pedianus, Milonem in scenicorum ludorum, & gladiatoriū munera impensa, effusaſq. largitiones tria patrimonia effudiſſe. idq. Cicero tum in oratione pro ipso, tum in epistola ad Curionem significat his uerbis: Studium habemus uulgi, ac multitudinis, propter magnificentiam munerum, liberalitatemq. naturae. TERQ. § ut fortasse trinos in ludos tria illa patrimonia, in singulos singula, profuderit. NON postulatus § a populo. solebat enim ludos interdum populus postulare. fam. lib. 9. ep. 8. MVNVS § gladiatorium. FACULTATES non erant § binis iam ludis, & in gladiatoriis consumpta. MAGISTER § hereditatis curandae inter coheredes. Dicit, opinor, hoc, magistratum non gerit Milo: ut eum ad impensas huiusmodi uideatur dignitas impulsus. tantum est magister, uile scilicet ministerium. NON aedilem § uidetur hoc significare. ludos dare, magistrorum non est, sed aedilium. debuit igitur Milo, cum magister, non aedilis, esset, ludis abstinere. Haec mihi non omnino probatur interpretatio. nam si hoc Cicero significaret, idem diceret, quod proximi uerbis. Vel quia magister. dicit autem diuersum quiddam, & hoc forte, cum is, cui mortuo ludos dat, aedilis fuerit hoc ipso anno: putat Milo, se, qui magnam bonorum eius partem testamento accepit, quodam modo in eius locum successisse, ludosq. dare pro aedili debere, uerum potuerat se magistratum putare, sicut est, non aedilem, qui re uera non sit.

Marcus S. D. Quinto Fratri.

9.

**D**E Gabinio nibil fuit faciendum istoru, quae amē tisime cogitata sunt. τὸ τε μοι χάροι. feci summa cum grauitate, ut omnes sentiunt, & summa cum lenitate, quae feci. illum neque ursi, neque leuani. tefuis uehemens fui, praeterea quieui: exitum iudicij fœdum, & pernicioſum leuissime tuli. quod quidem bonum mihi nunc denique redundat, ut his malis reip. licentiaq. audacium, qua ante rumpebar, nūc ne mouear quidem. nibil est enim perditius his hominibus, his temporibus, itaque ex rep. quoniā noluptatis nibil iam capi potest; cur stomacher, nescio, litterae me, & studia nostra, & otium, uillaeq. delectant, maximeq. pueri nostri. angit unus Milo: sed uelim finem afferat consolatis, in quo eniat non minus, quam sum eniſus in nostro: tuq. iflinc, quod facis, adiuuabis de quo cetera, nisi plane uis eripuerit, reſteſunt. de re familiaritatem eo. δὲ μαρτυρῶν οὐτέ ἀντός, qui ludos HS CCC comparet: cuius in hoc uno considerantiam & ego sustinebo, ut potero, & tu ut possis, est tuorum neruorum. De motu temporum uenientis anni, nibil te intelligere uolueram domesti ci timoris, sed de communi reip. statu, in quo, etiam si nibil procura, tamen nibil curare uix possum. quam autem te uelim cautum esse in scribendo, ex hoc conicito, quod ego ad te ne haec quidem scribo, quae palam in rep. turbantur; ne cuiusquam animū meae litterae interceptae offendant. quare domestica

curate leuatum uolo. In rep. scio quam sollicitus esſe ſeelas. uideo Messallam nostrum confulem; ſi per interregem, ſine iudicio; ſi per dictatorem, tamen ſine periculo. odij nibil habet. Hortensi calor multum ualebit. Gabinius absoluto lex impunitatis putatur. De dictatore tamen actum adhuc nibil est. Pompeius abſt. Appius miſcet: Hirrus parat: multi intercessores numerantur: populus non curat: princioes uolunt: ego quiesco. De mancipijs, quod mihi polliceris, ualde te amo: & ſum equidem uti ſcribis, & Rombe, & in praefidijs infrequens, ſed caue, amabo, quidquam, quod ad meum commodum attineat, niſi maximo tuo commando, & maxima tua facultate, mi frater, cogitaris. De epiftola Vatinij riſi, ſed me ab eo ita obſeruari ſcio, ut eius iſla odiā non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquā. Quod me hortaris, ut abſoluam; habeo abſolutum ſuauē, mihi quidem ut uidetur, ἐπειδή ad Caesarem, ſed quare lucupletem tabellarium; ne accidat quod Erigone tuea, cui ſoli, Caesare imperatore, iter ex Gallia tuū non fuit. \* quid, ſi cementum bonum non haberem, turbem aedificum? quod quidem quotidie mihi placet; in primisq. inferior porticus, & eius conclusis ſunt recte. De Arcano, Caesaris opus eſt, uel mehercule etiam elegantioris alicuius. imagines enim iſla, & palaeſtra, & pifcina, & uilus multorum Philotimē eſt, non Diphilorum, ſed & iſpi ea adibimus, & minime,

mur, & mandabimus, De Felieis testamento, tum ma-  
retur, & ut debo: dimitto autem ame, & ut a magi-  
gias querere; si scias, quas enim tabula se putauit obfi-  
stris ne abducam, & quod mater Tomponia di-  
gnare, in quibus in uncis firmissimum tenuerat, ( lapsus  
dit, sine qua edacitatem pueri pertimesco. sed sumus  
est per errorem & suum, & Sicurae serui) non obsigna  
una tamen ualde multum. Rescripsi ad omnia, Mi-  
hi: quas noluit, eas obsignavit.  $\Delta\lambda'\omega\zeta\tau\omega$ : nos mo-  
suauissime, & optime frater uale.

## EXPLANATIO

Iisdem consulibus, in extremo anno.

**N**hatt istorum § fine dubio scriperat Quintus, debuisse Marcum & Pompeii, & Caesaris causa  
neo Gabinio de maiestate adesse. atque hoc facile mihi persuadent illa, quae proxime sequuntur,  
Graeca uerba:  $\beta\gamma\tau\mu\chi\zeta\tau\omega$ : hoc est, tunc mihi dehiscat lata terra: cum hoc scilicet flagitiis commiserit.  
integrum enim est hemistichium apud Homerum, duobus in litteris Iliadis Δ, Ο, τοτε  $\mu\chi\zeta\tau\omega$  δρπία  
 $\chi\zeta\tau\omega$ . Neque ursi, neque leuani. § neque accusavi, neque defendi. Nunc denique redundat § hoc  
bonum, quo antea nimium indigebam, ( bonum appellat, animi sue patientiam sue fortitudinem quan-  
dam in malis reip. leuiter ferendis) mihi nunc denique satis superq. est. Cvr stemacher, § si quid ac-  
cidit iniquius: cum res publica iam plane desperata tota sit. ANGIT § consulatus causa: quem petet ad-  
uersante, ut uidetur, Pompeo: cum ego utrique summe debeam. FINEM § sollicitudinis meae. uelim, in-  
quit, post consulatum, qui est honorum summus, nihil accidat praeterea, quod illius causa me angat.  
ENI T AR § quam enīsus sit, intelliget, qui epistolam ad Curionem libro II. fam. legerit. IST INC, § ut Caes-  
aris amicis in petitione Milonis utatur. DE quo § de consulatu, nisi ui res agatur, spero fore quod uo-  
lumus. TIMEO § ne sustinere tantos sumptus non possit, ne ad inopiam redigatur. μαύρηται &c. § recte,  
& proprie, quod modum superat, insania vocatur, unde illud de emptione, ad Atticum 2 16: Nec tamen  
intanicurum puto. & de sumptu, in oratione pro Milone: Insanas illas P. Clodij substructiones, recte igi-  
tur & hic, de Milone nimiam pecuniam in ludos erogante, ο δέ μαύρηται οὐκ εἶ πειράται: quod est: Hic  
autem insanit sic, ut fert amplius non possit. finis exmetri uersus apud Homerum, Iliadis 1. 78: quod  
ille de Ciclope Polyphemo, ο δέ μαύρηται οὐκ εἶ πειράται; Cicero de Milone, paullulum quiddā sen-  
tentiae causa, ut solet, immutans, ο δέ μαύρηται οὐκ εἶ πειράται. HS ccc § scutatis aureis decem millibus,  
& centum septuaginta sex, marculis, ut appellant, qui olim asces erant, sexaginta quattuor. CONSIDERANTIAM § immo contra: cum in sumptibus insaniat, malum igitur, Inconsideratiā, uocabulo inusita-  
to, sed tamen ab, Inconsiderate, usitato, & referetur ad μαύρηται. SVSTINEBO § & ego feram hoc in homi-  
ne amicissimo uitium. & animi tui uires eae sunt, ut ipse quoque ferre possit. VENIENTIS AMI § de quo  
ad te scripsiteram. Si per interregem, sine iudicio § quem hic locum habet iudicij mentio; cum in proxima  
epistola iam dixerit, illum esse absolutum? intellige de altero, quod impendebat, de ambitu iudicio. nam  
& post consulatum de ambitu accusatus. id ego locis obseruatis cognoui, ad Att. ep. 12. l. 5. & fam. ep. 2. &  
4. si consul, inquit, habitus ab interrege comitijs creabitur, iudicium uitabit, statim. n. consulatum inibit:  
& accusari magistratus non licet. sin a dictatore: fieri omnino potest, ut dictator pro ea, quā habet sum-  
mam, potestate nolit eum inire ante consulatum, quam iudicium fiat: sed tamen, quin absoluatur, mihi  
dubium non est. video. n. qui illum oderit, esse neminem. Et, quod ait, Si per interregem, sine iudicio, quere  
dicit, nam, Messalla per interregem consule creato, iudicium de eo factum non est: peracto autē consula-  
tū, bis accusatus de ambitu est, primo absolutus, deinde condemnatus. HOR TENSIS § fratribus eius uterini:  
quod ex Plutarcho in Sulla coniūcitur. CALOR § pro absolutione contentio, defensum ab eo Messallam,  
& absolutum, significat M. Coelius in duabus epistolis 11. & 111. lib. 11x. fam. LEX IMPUNITATIS § quasi  
lata lex uidetur, ut, qui peccauerint, ijs impune sit. his uerbis nocentem Messallam significat. fore ta-  
men, ut absoluatur, tribus caussis, dixit: quod odij nihil habet: quod pro eo contendet Hortensius:  
quod, absoluto Gabinio, nemo iam uidetur ita nefarius, qui absolui non possit. innocentiam Messallae  
ad has caussas non admisit. satis enim constabat, & ipsum, & reliquos candidatos pecuniam contra le-  
ges populo dedisse, quo nomine post consularum damnatus est, ut proxime dixi. ιπαθητης § narratio  
nem de rep. duas in partes tribuit, quarum ad Messallam una pertinet, ad dictaturam altera. atque hanc  
posteriorem ιπαθητης, hoc est, breuiter, & uelut in cursu, exequi se uelle significat. TAMENT § quam-  
vis iam ante rumor fuerit, epistola, quae antecedit. ABEST § erat omnino Pompeius extra urbem, quia  
cum imperio, iturus, ad uidebatur, in Hispanias: sed non diceret Cicero, Abest, de eo, qui ad urbem es-  
set, longius, opinor, discesserat, nimirum rei frumentariae caussa: quod legitimus apud Dionem l. xxxi x.  
in extremo. APPVS MISET: § notat hominis ingenium, miscentis potius, quam agentis. Miscer autem,  
non quia dictatorem, sed quia comitia neller, nam in epistola huius libri 111. Consules, inquit, comiti-  
a habere cupiunt, quam video scriptam post rumorem de dictatura natum, nam in ea consulares ait  
candidatos de ambitu postulatos: & ad Atticum 6: ubi eosdem reos memorat, odorem esse nō nullum  
dictatura dicit. Atque hoc ideo dictum uolui, ne quis Appium dictature, quam Pompeio delatum tri-  
Zzz credet.

credebatur, existimet fauere, quia filiam suam Pompeii filio collocaſſet, ut eſt in fam. 42. PARAT  $\frac{3}{4}$  u legem ferat de diſtatura, cum ſeſcicer tribunus pl. erit, nunc enim deſignatus erat, quod in epiftola proxi-  
ma ſignificatum eſt in eo: Auctor fore uiderur. Quod ſi quis obiiciat, deſignatum eſſe non potuſſe, cu-  
Cicero comitia non dum habita ſignificet: iſi, conſularia quidem comitia hoc anno habita non eſſe, tri-  
bunicia uero eſſe habita, ab hiſtoria diſcat, nam Plutarchus, Catone praetore, iudeſt hoc anno, habita, per  
ſpicue demonſtrat. & hic noſter ad Att. ep. 15. l. 4. cum dixiſſer ad conſularibus comitiis: Comitia puto  
fore ut ducantur: de tribuniciis intulit: Haec ego pridie ſcribam, quam comitia fore putabantur. Ny-  
MERANTVR  $\frac{3}{4}$  quod certo iam ſciretur, qui ferenti legem Hirro de diſtatura intercelluri uiderentur.  
NON curat  $\frac{3}{4}$  ſue lex feratur, ſue non feratur. PRINCIPES  $\frac{3}{4}$  uidetur eos ſignificare, quos in epiftola  
proxima bonos nominauit. QVI ESCO.  $\frac{3}{4}$  te monente, ut calamitate iam doctus inimicitias uitem, ſu-  
pra: In omnia ſumma, ut mones, ualde me ad otium pacemq. conuerto. MANCIPIS  $\frac{3}{4}$  ad me mitten-  
dis, Gallico, aut Britannico bello captis. INFREQVENS  $\frac{3}{4}$  cum pauci ad inodum mancipiis, quo magis  
te amo; quia, quod mihi opus eſt, id polliceris. FACVLTATE  $\frac{3}{4}$  nihil ut mea cauſa cures, niſi quod fa-  
cillime poſſis. ISTA odia  $\frac{3}{4}$  de quibus ad me ſcribis, quia Vatinius, litteris Roma ad Caſarem miſſis,  
quaecumque diceret ageret ue Cicero, tamquam explorator ſignificabat. ex quo Quinctus, litteris iis in  
ſpectis, de odio illius in Marcum coniecit. CONCOQVAM  $\frac{3}{4}$  proſrus minimi faciam, facile feram, ſic  
Deuorate hominum ineptias, in Bruto.  $\frac{3}{4}$  poema: de quo in epiftola proxima. LOCVPLETEM  $\frac{3}{4}$   
cui meum  $\frac{3}{4}$  bene credatur. iocuſ: quia miſſa a Quinco Ergona tragedia perierat in itinere, tabella-  
rii culpa, ideo dixit in epiftola, Quatuor, Ergonam mihi uelim mittas: cum tamen, eam aliquanto ante-  
miſſam eſſe, iam ſignificauerit in epiftola huius libri prima. CAESARE  $\frac{3}{4}$  qui omnia multis uictoriis  
tuta reddidit. QVID, ſi caementum  $\frac{3}{4}$  minime placeat haec ab  $\frac{3}{4}$  ad aedificium ſubita tranſiſio. nec  
dubito, quin huius partis, in qua de Quincti agitur uilla, forteſſe in Laterio, initium desidererat. itaque  
uifum eſt, ut hac nota \*, quaſi lacunam loci ſignificaret, a ſuperioribus inferiora diſiungentem. AR-  
CANO  $\frac{3}{4}$  Quincti fundo: de quo in epiftola huius libri prima. CAESARIS opus  $\frac{3}{4}$  maximum uidel-  
cer. magnifica enim Caefaris monumenta: qui forum uisque ad atrium libertatis explicare, deinde in  
campo Martio laepta, & teſta marmorea facere cogitauerit: ut eſt ad Atticum ep. 17. l. 4. legimus etiam  
apud Tranquillum, Italiae, Galliarum, Hispaniarum, Asiae quoque, & Graeciae potentissimas urbes,  
eius munificentia, praecepit operibus exornatas. IMAGINIS  $\frac{3}{4}$  quas in Arcani uilla conſtitui Quin-  
ctus mandauerat. NILVS  $\frac{3}{4}$  ut opinor, plures riuiulos, & ſalientibus aquis in pifcinam diuerſis partibus  
confluentes, appellat Nilum: quod, ut hoc flumen oſtiis ſeptem proſfluit in mare, ſic ſalientes illae in  
pifcinam riuiulus multus, quaſi parvus Nilus, perueniant. hanc ego conieeturam duco ex huius libri ep-  
iftola 1. in qua, cum de uilla, quae eraſt in agro Fufidiano, hoc eſt in Arcano, meminits, (iam enim, fundum  
Fufidianum in Arcano fuifle, ostendimus) pifcinas, & ſalientes, & palaſtram ſimul nominat. Nili etiam  
mentionem facit lib. 11. de legibus in prooemio. PHILOTIMORVM eſt, non Diphilorum  $\frac{3}{4}$  diligentiam  
Philotimi, negligentiam Diphili ſignificat. hoc, inquit, Diphili negotium non eſt, ſed Philotimi; neque  
uero unius Philotimi, ſed multorum. Diphili tarditatem notauit iam illis uerbis: In Manliano offendit  
Diphilum Diphilo tardiorem. is in Arcano Quincti uillas curabat; Philotimus autem urbanam  
expeditionem urgebat. quod utrumque in eadem 1. epiftola. IN uncij  $\frac{3}{4}$  aſſis nomine tota ſignifi-  
carunt hereditas. as, qui & libra, duodecim in partes, quae dicuntur. duodecim igitur patres bonorum  
ſuorum, poſtea quam eſlet mortuus, fieri Felix uolebat. ſed, ut in propinquā morte, mente perturbi-  
tus, ſicuræ etiam ſerui imprudentia, tabulas de uncij non obſignauit, ratae autem erant tabulae teſta-  
menti, quaē non eſſent eius, qui testamentum fecerat, anulo obſignatae. FIRMISSIMVM tenuerat  
conſilium illud de bonis suis in XII partes inter coheredes diuidendis mutare noluerat. LAPSVS eſt  
per errorem  $\frac{3}{4}$  errauit imprudentia. ſic in Tusc. v. Labi errore sermonis. ex lib. 3. de Rep. apud  
Laſt. lib. 5. cap. 15. & in epitome cap. 50. Qui aut aurum pro aurichalcho, aut argento pro plumbo  
uendat per errorem.  $\alpha\lambda\lambda' \alpha\mu\mu\zeta\tau\omega$   $\frac{3}{4}$  iubent Graeci  $\alpha\mu\mu\zeta\tau\omega$  eos, quibus male precantur. Aristoph.  
 $\alpha\gamma\alpha' \mu\mu\zeta\tau\omega$   $\frac{3}{4}$  ſenarij ex aliqua ueteri comoedia. nec uero dubium  
eſt, quin de mortuo loquatur. nam uiuens testamentum mutaſſet, erroremq. ſuum correxiſſet. VA-  
LEAMVS  $\frac{3}{4}$  & hoc ad mortuum pertinere,  $\alpha\lambda\lambda' \alpha\mu\mu\zeta\tau\omega$ , ſignificat. illi mortuo male ſit, qui tam  
male ſuis conſiluerit: nos ualeamus. DIMITTO  $\frac{3}{4}$  patior eum ire cum matre; cum antea mecum  
habitaret. ſupra dixit, Tyrannio docet apud me. MAGISTRIS  $\frac{3}{4}$  duobus, Tyrannione grammati-  
co, Paconio rhetore. quo de utroque iam facta mentio eſt. POMPONIA  $\frac{3}{4}$  glosſema puto, ab im-  
perito librario poſitum. PVERI  $\frac{3}{4}$  annum XIII. Quinctus filius, cum haec ſcripta eſt epiftola, hoc  
eſt Appio & Ahenobarbo cos. non dum impleuerat. id ex eo coniicio, quia togam puram ſumfit  
Paullo & Marcello: quam non niſi anno aetatis XVI. finito ſumti ſolitam, ſatis conſtat, ad Att. ep. 20. l.  
v. & 1. lib. vi. SVMVS una tamen  $\frac{3}{4}$  ergo non exierat urbe Pomponia, ſed ex illa domo, quam Ciceronis  
cum domo iunctam fuifle iam dixiſimus, in aliam Quincti domum tranſierat.

### AD. OCTAVIVM. EPISTOLA. QVAM. CICERONIS ESSE. VIX. CREDIMVS

S I per tuas legiones mihi licitum fuiffet, quae nomi-  
natum, coramq. de rep. diſputare, feciſſem, neque tam  
ni meo, populoq. R. ſunt inimicissimae, uenire in ſe-  
libenter, quam neceſſario. nulla enim remedia, que  
nulne-

vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quā quae sunt salutaria. sed quoniam cohortibus armatis circumscriptus senatus nihil aliud uere potest decernere, nisi timore; in Capitolio signa sunt; in urbe, milites uagantur; in campo castra ponuntur; & Italia rotat legionibus, ad libertatem nostram conscriptis; ad seruitum adductis, equitatuq. exterarum nationum, distinetur; cedam tibi in praesentia foro, curia, & sanctissimis deorum immortalium templis: in quibus, reuiniente iam libertate, deinde rursum oppressa, senatus nihil consultur, immet multa, assentitur omnia, post etiam paulo, temporibus ita postulantibus, cedam urbes quam per me conseruatam, ut esset libera, in seruitute uidere nō potero: cedam uita; quae quamquam sollicita est, tame, si profutura est reip. bona spe posteritatis me consolatur; qua sublata non dubitanter occidam: atque ita cedam, ut fortuna iudicio meo, non animus mihi defuisse videatur. illud uero quod & praeteritis doloris est iudicium, & praeterite iniuriae testimonium, & absentium sensus significatio, non praetermittam, quin, quoniam coram id facere prohibeor, absens pro sim, siquidem mea salus aut utilis recip. est, aut coniuncta certe publicae saluti. nam per Deum immortalium fidem (nisi forte frustra eos appello, quorum aures, atque animus a nobis abborret) per q. fortunam populi R. quae quamquam nobis infesta est, fuit, aliquando propitia, & ut sacerdotia futura est, quis tam expers humanitatis, quis huius urbis nomini, ac sedibus usque adeo est inimicus, uista aut dissimilare possit, aut non dolere? aut, si nulla ratione publicis incommodis mederi queat, non mori pro proprium periculum uite etiam, ut ordinar ab initio, & perducam ad extreum, & nouissima conseroram prius, quae non posterior dies acerbior priore, & quae non insequens hora antecedente calamitosior populo R. illuxit? M. Antonius, uir animi maximi, (utinam etiam sapientis consilij fuisset) C. Caesare fortissime, sed parum feliciter i. eip. dominatione semoto, concupiebat magis regum, quam libera ciuitas pati poterat, principatum: publicanum dilapidabat pecuniam: acerariū exhauebat: minuebat uectigalia: donabat ciuitates ex commentario: dictaturam gerebat: leges imponebat: prohibebat dictatorem creari legibus: S. C. ipse repugnabat in senatu: prouincias unus omnes concupiebat, cui sordebat Macedonia prouincia, quam uictor sisum paterat Caesar. quid de hoc sperare, aut expetare non oportebat? exitisti tu nindex nostrae libertatis, ut tunc quidem, optimus; (quod utinam neque nostra nos opinio, neque tua fides fefelleret) & ueteranis in unum conductis, & duabus legionibus a pernicie patriae ad salutem uocatis, subito prope iam affectam, ac postratam remp. tuis opibus extulisti. quae tibi non, ante quam postulares, maiora quem uelles, plura quam sperares, detulit senatus? dedit fasces, ut cum auctoritate defensionem haberet, non ut imperio se aduersum armaret: appellauit imperatorem: hostium exercitu pulso tribuens honorem, non ut sua caede caesus ille fugiens exercitus te nominaret imperatorem: decreui in foro statuam, locum in senatu, summum honorem ante tempus: si quid aliud est, quod dari possit, addat. quid aliud est manus, quod uelis sumere? sin autem supra aetatem, supra consuetudinem, supra etiam mortalitatem tuam tibi sunt omnem tributa: cur aut ingratus crudeliter, aut immemor beneficij scelerate circumscri-  
 bis senatum? quo te misimus? a quibus reuerteris? contra quos armavimus? quib. arma cogitas inferre? a quibus exercitum abducis? aduersus quos acie struis? cur hostis relinquitur, cuius hostis loco ponitur? cur castra medio itinere longius aduersiorū castris, & proprius urbē mouentur? o me numquam sapientem, & aliquādo id, quod non erat, frustra existimatū. quantum te populo R. de me fefellerit opinio. o meam calamitosam, ac praecepitem senectutem. o turpem exacta, demen-  
 tiq. aetate canitiem. ego patres conscriptos ad parici-  
 dium induxi: ego remp. fefelleri: ego ipse senatum si-  
 bi manus afferre coegi, cum te Iunonium puerum,  
 & matris tuae partum aureum esse dixi. atte fata  
 patriae Paridem futurum praedicabant, quā uastla-  
 res urbem incendio, Italianam bello, qui castra in tem-  
 plis deorum immortalium, senatum in castris habitu-  
 rus essem. o miseram, & in brevem celerem, &  
 tam uariam reip. commutationem, quisnam tali futu-  
 rus ingenio est, qui pessit haec ita mandare litteris, ut  
 facta, non facta, uideantur esse? quis erit tanta ani-  
 mi facilitate, qui, quae uerisime memoria propagata  
 fuerint, non fabulae similia sit existimaturus? co-  
 gita enim Antonium hostem indicatum, ab eo cir-  
 cumfusum consulem designatum, eundemq. reip. pa-  
 rentem: te proscelum ad consulem liberandum, & ho-  
 stem opprimendum, hostemq. ate fugatum, & con-  
 sulem obfitione liberatum, deinde paulo post, fugatum illum hostem, accersitum tamquam cohoredē mortua-  
 rep. ad bona populi R. capienda; consilē designatiū rur-  
 sum inclusum eo, ubi se nō moenib. sed fluminibus, &  
 monsib. tueretur, haec quis conabitur exponere? quis  
 credere audebit? liceat semel impune peccare. sit erran-  
 ti medicina confessio. uerū n. dicā, utinā te potius Antoni  
 dominū non expulsemus, quābunc reciperemus: non  
 quod ulla sit optanda seruitus, sed quia dignitate do-  
 mini minus turpis est fortuna serui. in duobus autem  
 malis cum fugiendum maius sit, leuius est eligendum.  
 ille ea tamen exorabat, quae uolebat auferre: tu extor-  
 ques ille consul prouinciam petebat: tu priuatus concu-  
 pisti. ille ad malorum salutem iudicia constituebat, & le-  
 ges serebat: tu ad perniciem optimorum ille a sanguine,  
 & incendio seruorum Capitolium tuebatur: tu cruo-  
 re, & flamma cuncta delere uis. si, qui dabat prouincias  
 Cassio, & Brutis, & illis custodibus nominis no-  
 stri, regnabat, quid faciet, qui uitam adimit? si, qui  
 ex urbe ciebat, tyranus erat: quem hunc nocemus,  
 qui ne locum quidem reliquit exilio? itaque, si quid  
 illae maiorum nostrorum sepultaे reliquiae sapiunt; si  
 non una cum corpore sensus omnis uno atque eodem co-  
 sumptus est igni; quid illis interrogantibus, quid agat  
 nunc populus R. respondebit aliquis nostrum, qui pro-  
 ximus in illam aeternam domum disceberit? aut quem  
 accipiente de suis posteris nuncium illi ueteres Africani, Maximi, Pauli, Scipiones? quid de sua patria au-  
 dent, quam spolijs, triumphisq. decorarunt? an esse  
 quendam annos xx natum, cuius annus fuerit argenti-  
 riis, ad stipulator pater, uterque uero precarium fecer-  
 rit quaeſtum, sed alterusque ad senectutem ut non ne-  
 garet, alter a pueritia, ut non posset non confiteri: cum  
 agere, rapere remp. cui nulla uirtus, nullae bello suba-  
 ttacae, & ad imperium adiunctae prouinciae, nulla di-  
 gnitas maiorum conciliasset opem potentium, sed for-  
 ma per dedecus pecuniam, & nomen nobile consecre-  
 ratum

ratum impudicitiae dedisset; ueteres uulneribus, &  
aetate confectos Iulianos gladiatores, egentes, reliquias  
Caesaris ludi, ad rudem compulisset, quibus ille septus  
omnia misceret, nulli parceret, sibi uiueret? qui tam-  
quam in dotali matrimonio remp. testamento legatam  
sibi obtineret? audirent duo Decii, seruire eos cives, qui ne  
ut hostibus imperarent, uictoriae se deuouerunt. au-  
diens C. Marius, impudico domino parere nos, qui ne

militem quidem habere uoluit, nisi pudicum. audi-  
Brutus, eum populum, quem ipse primo, post progenie-  
eius a regibus liberauit, pro turpi stupro datum in ser-  
uitutem. quae quidem si nullo alio, me tamen inter-  
nuncio ad illos celeriter deferentur: nam si uiuus ista  
subterfugere non potero, una cum iis uita simul fu-  
gere decreui.

**E**PISTOLAM ad Octavianum, ultimo loco impressam, & quia satis aperta, & multo etiam magis, quia  
Ciceronis non esse, in τοῦ χαρακτῆρος intelligo, non placuit interpretari.

F I N I S.

# VERBA. GRAECA, LATINIS. EXPRESSA

## EX. LIBRO. I.

- ep. 1. ἀδύνατος: quod fieri non potest.  
 eadem. ἐπει οὐχὶ ιστὸν οὐ δὲ βοεῖν: quoniam non agitur de uictima, neque de bubulo tergore.  
 Ex Homero enim uestibulum ἀρνεῖ θυμον subauditum est.
- eadem. Ἑρμαθῆνα: Hermathena, Mineruae, Mercurij Statua.
- ep. 5. χειρομαθεῖ: utilia discentem, hoc est, deditum literis non vulgaribus.
- eadem. γυμναστῶν: apta gymnasio.
- ep. 7. Ἐμολπιδῶν πάτρια: Eumolpidarum ritus patrios.
- ep. 8. οἰκέτων: proprium.
- ep. 10. σκέψεις, καὶ ἀναβολαι: considerationes, & dilationes.
- eadem. ταυτό ματον ἡ μᾶν: casus noster.
- ep. 11. ἐν τοῖς πολιτικοῖς: in ciuilibus.
- eadem. τοποθεσία: loci descriptionem.
- eadem. Απλικότερα: magis Attica.
- eadem. φιλορήτορα: rhetoricae studiosum.
- ep. 2. πανήγυρις: conuentus.
- eadem. μάλ' ἀριστοκρατικῶς: ualde pro statu optimatum.
- eadem. γενικῶς: generaliter.
- eadem. ληκύθους: pigmentorum ampullas.
- eadem. ἀνεπτερατάκη: uenitiani me.
- eadem. διπλωμάτα: argumenta.
- eadem. ὑπόθεσις: materia.
- eadem. Αρεις πάγος: Areopagus.
- eadem. ἀφαντότατος: rebus agendis ineptus, ignissimus.
- eadem. καρχίτης: habitu uitiorum depravatus.
- ep. 13. φιλέλλεται: Graecorum studiosi, & amatores.
- eadem. παντοίκορετης μιμήσκεται: omnis uirtutis reminiscere.
- ep. 14. ὑπερον πρότερον, Ομηρικῶς: ordine conuerso, Homerice.
- eadem. πρὸς τὸ πρότερον: ad prius.
- eadem. ἔπειτα γαῖ μοῦσαι: dicite nunc mibi musae, hemisticium Homericum.
- eadem. παρέμνια: loquendi licentiam.
- eadem. ἀγώνα: certamen.
- eadem. διπομασία: significationes.
- eadem. Στοθίσιν: consecrationem.
- eadem. φιλοσοφήσιον: philosophandum.
- eadem. ἀμαλθεῖον: Amaltheum, bibliotecas tua.
- eadem. Αμαλθεία: Amalthea.
- ep. 15. τοποθεσία: loci descriptione.
- ep. 16. ἀφελέστατος: simplicissimus.
- eadem. πολιτικός ἀνὴρ οὐ δ' οὐαρ: ciuilis uir ne in somno quid m.
- ep. 17. τὸ εἶναι τῷ φανῇ μέρον: in lente unguentum, pro
- uerbum.
- eadem. ἐπονημάτα: acclamations.
- eadem. νῦν, καὶ μέμνασθαι ἀπίστεν. ἀρχα ταῦτα τῷ ορθῷ: uigila, & memineris non credere. hi sunt nerui sapientiae.
- eadem. τις πατέρα αἰνεῖ: quis patrem laudabit?
- eadem. ἐγκομιασια: laudativa.
- eadem. ιστορικά: historica.
- ep. 18. οἱ μὲν πάτερ, οὐδὲ εἰσιν, οἵ δ' οὐδὲ μέλειν, qui adiunt, nihil sunt, illis uero, nihil curae est.
- eadem. ὑπάτιον: liuor.

## EX. LIBRO. II.

- ep. 1. μυροβιόκοι: unguenti, & pigmentorum arculam.
- eadem. ὑπόμυμα: commentarium.
- eadem. θεμούτερος, καὶ πολιτικότερος: grauior, & ciuii lior aliquis.
- eadem. Σποσάματα: partes quaedam auulsa.
- eadem. φιλοτάξις: studiosus patriae.
- eadem. πολιτεία: republica.
- eadem. ἄλις πουδῆς: satis studij est.
- ep. 2. θεῖος: patrui.
- eadem. Πελιγαλῶν: Pelinaeorum, (sunt autē populi.)
- eadem. Κορινθίων, καὶ Αἰγαίων: Corinthiorum, et Aithe nienium.
- eadem. Ηρόδης: Herodes.
- ep. 3. Δαγγέλια: boni nunciū praemia.
- eadem. Κύρου παιδεία: Cyri institutionem.
- eadem. τὰς διαράσσεις: lucidas radiorum egressiones.
- eadem. ἐσωτῆρις μὲν οὐ, αὐτὸς δὲ ὁ φύσιον, βούλησθε δε τοῦτο: sit aspectus οὐ, α: quod autem ui detur β, γ, radix uero δ, ε.
- eadem. κατ' εἰδῶλον ἐμπάστεις; per simulacrorum in curioses.
- eadem. εἰδῶλα: species, imagines.
- eadem. ἐγχύσις: effusio.
- eadem. ὑπόστασιν: statum.
- eadem. πολιτεία: remp.
- eadem. πονηρατικῶς εἰς ἐκάτερον: more Socratiorum in utramque partem.
- eadem. τὴν ἀρίστουσαν: sententiam quae placeat.
- eadem. κατάκρισις: sanctio.
- eadem. Αριστοκρατικῶς: pro statu optimatum.
- eadem. εἰς οἰωνὸς ἀρίστος αὐτὸν εἰς πόστες: unum augurium optimum defendere patriam.
- eadem. Θεοφάσου φιλοτάξις: Theophrasti de honorum studio.
- ep. 5. αἰδεούματα τρῶας, καὶ σωσθασιληστέπλους: ue reor Troianos, & Troianas longis induitas Homerī uersus i. ζ.

ποντικός

